Itaque Pisias cum aequalis plane amplitudinis ager ei contigerit, campi autem arabilis etiam plus aliquanto quam Philippo, tamen octavam fere mercedis partem ipse pactus est. Cuius rei causa aperte in eo posita est quod cum reliqui non solum agros oleis vitibusque vacuos acceperint sed etiam sese obstrinxerint ut vitium non minus decem schoenos, oleas non minus quattuor per singulas schoenos ponerent (nam quae I 113 sqq. de prima portione praecipi videntur ea apparet de secunda quoque ac tertia valere), Philippus praeter oleas ficos aliasque arbores frugiferas viginti quattuor agri schoenos vitibus obsitas repperit. Hinc cur maiorem ille quam reliqui mercedem pependerit facile intellegitur, cum praesertim ex arborum cultu plus lucri percipi posset quam ex agro frumentario. Eadem autem ex re fortasse etiam causa repeti poterit, cur Philippus prius quam reliqui suam portionem conduxerit. Nam cum reliquos agros adhuc incultos haud facile invenirentur qui conducendos expeterent nihilque noceret si forte etiam alterum annum quiescerent, quartam portionem nisi quis protinus colendam susciperet, periculum erat ne sata neglecta perirent. Itaque Philippus praede adsumpto Apollonio Heracleti f. uno ex terminatoribus primum Aristarcho ephoro ad tempus agrum in se recepit, deinde Aristione ephoro cum omnes simul portiones locarentur et ipse certam pactionem iniit. Hanc interpretandi viam monstravit Wilamowitzius.

Altera tabula ephoro Dazimo scripta tantum abest ut magno temporis spatio a priore disiuncta sit (nam sermonis dialective nullum est gravioris momenti discrimen), ut potius proxime ad illam aetate accedere credam: probant hoc non solum eadem trium finitorum nomina sed etiam illud quod ut priore decreto agri Dionysiaci eiectis eis qui sacros agros privatos fecerant ad pristinos fines revocantur, ita hoc altero titulo Minervae agri, quorum partem item privati homines occupaverant, vindicantur: consentaneum autem est Heracleotas cum semel privatorum licentiam coercendam censuissent hoc negotium non ita divisisse, ut cum Dionyso sua tribuissent Minervam Poliadem in aliud tempus differrent. Iam vero quoniam ad agros sacros occupandos privatis non tam pacis tempora quam belli turbae opportunae videri debebant, civitati autem ad has res ordinandas pacis otio vel maxime opus erat, eo tempore putabimus tabulas scriptas esse, quo bello confecto pacem agerent Heracleotae; cf. etiam I 152, quo ex loco belli discrimina modo expertos esse conicias. Quicum convenit quod cum Aciris fluvius haud mediocrem soli partem, ut supra dictum est, abluisset, satis magnum temporis spatium inde ab priore terminatione praeteriisse censendum est. Prior autem terminatio, cuius indicia supersunt antomi et termini antiqui, facta aliquanto post a. 432, quo anno Heraclea urbs condita est.

Agrorum per alteram tabulam descriptorum hanc conatus sum imaginem adumbrare:

[1]) Portio II quod plus LXX schoenis minor erat reliquis probabiliter hoc Kirchhoffius inde explicavit, quod Aciris fluvius cum antea rectum fere cursum tenuisset sensim flexo itinere mediis se agris insinuasset; olim cum primum agri terminarentur omnes portiones eiusdem amplitudinis i. e. DCCCL schoenorum factas esse vel maxime probabile est.



Hanc tabulam in tam accurata locorum descriptione tamque plana mensurarum enarratione non dubito quin si quis geometres delineandam susceperit, facile is talem imaginem repraesentare possit quales ipsi Heracleenses finitores olim in foro proposuerunt. De mensuris v. Hultsch *Metrologie* ed. 2 p. 668 sqq.

I 106. 107 *ἀρτύειν* verbum quid significet non satis certum est. Quod explicant *agrum exercere* (Hesychii glossam *ἀρτυθῆναι· παρατηρηθῆναι* cur adferant non assequor), hoc vel eo refellitur quod non *τὰν γᾶν* sed *τὰν ἐπικαρπίαν ἀρτύειν* aperte intellegendum est. Fortasse sic haec interpretanda: *si cui alii tradiderit agrum quem ipse conduxit sive cui* ***pignori obligaverit*** *seu vendiderit messem, is cui tradiderit sive pignori obligaverit seu vendiderit haud aliter praedes dato atque qui ipse ab initio conduxerit.* Paullo diversa est vis verbi compositi apud Hesychium: *ἀπαρτύειν· ἀποκρύπτειν· Ταραντῖνοι.* Ceterum altero loco (*εἰς κ' ἀρτύσει*) notandus intransitivus verbi usus. — I 110 vocabulum *ἀμπώλημα* cum male omnino Mazochius et Franzius explicassent, recte sine dubio quid rei esset perspexit Wilamowitzius. Praecipitur enim si quis nec praedes dederit nec mercedem solverit statutam, is ut et mercedem duplam deferat ad polianomos sitagertasque et ampolema praeterea *ὅττι κα μιάνσας ἀναμισθωθῆ πὰρ πέντε ϝέτη τὰ πρᾶτα ὅτι κα τελίθει ψαφιχθῆν ἅμα πὰν τῶι πράτωι μισθώματι.* Dicitur autem *ἀναμισθωθῆμεν* is ager qui cum prior redemptor idoneus non fuerit alteri iam committitur; *ἀμπώλημα* igitur ea est merces quae huic alteri solvenda est, de qua cum prior sive pecuniae inops sive parum diligens male rem gesserit remittitur aliquid. Itaque quanto minus alteri pretium statuitur per primum quinquennium, tantum prior ne quid damni capiat res publica de suo supplere tenetur, velut si Gaius L medimnis agrum conduxit nec tamen solvit statutum pretium, Titius autem eundem agrum per primum quinquennium non L sed XXXX medimnis redemit, Gaius praeter duplam mercedem primariam i. e. praeter C medimnos insuper L medimnos debet, quam quidem totam pensionem nulla mora repraesentare iubetur (*ἅμα πὰν τῷ πράτῳ μισθώματι ἀποτεισεῖ*). — I 120 de arboribus quas ei qui tres primas agri portiones conduxerint ponere ac colere iubentur haec praescribuntur: *ταῦτα δὲ πάντα* (scil. *δένδρεα*) *πεφυτευμένα παρεξόντι καὶ ἐνδεδιωκότα ὅττα ἐν τᾶι συνθήκαι γεγράψαται ἐν τοῖ πίνακι καὶ δεκάται ϝέτει ἀπὸ τῶ κατεχοῖ ϝέτεος ὧ Ἀριστίων ἐφορεύει.* Quaesivit quid esset *ἐνδεδιωκότα* Meisterus, qui *διώω* verbum ad eandem stirpem revocavit unde *δίαιτα* natum est, ut haec esset sententia: *haec omnia plantata praebento et secundum ea quae in pacto scripta sunt instituta.* Quod grammaticus nemo probare poterit: neque enim *καθ' ἃ* legitur sed *ὅττα* (i. e. *totidem arbores quot*), neque (id quod recte ipse Meisterus falsae priorum explicationi obiecit) *ἐνδεδιωμένα* sed *ἐνδεδιωκότα*, denique generale illud *instituendi* verbum post *plantandi* verbum proprium nullam omnino vim habet, nec vero ceteroqui sermo est prolixus ultra necessitatem aut inutilem sectatur verborum ornatum. Aperte vero a conductoribus non id solum postulatur ut quinto decimo anno arbores severint, sed ut hoc temporis spatio exacto arbores revera extiterint, ita ut si semen sterile fuerit nova seminatione opus foret. Itaque succrescendi notionem verbo *ἐνδιόω* inesse existimo, ut intellegendae sint arbores quae in aerem succreverunt. — I 151 *ἄτεκνος ἄφωνος* i. e. *orbus et intestatus.*

Restant duo, primum ut nominum propriorum signa explicem, deinde ut glossarum indicem addam. Omnium qui memorantur hominum nominibus exceptis ephoris eponymis et Chaerea Neapolitano duplex praescriptum est notarum genus, velut (I 3) *ϝε τρίπους Φιλώνυμος Ζωπυρίσκω*, quae notae quid significent quaeritur. Proponam duplicem earum tabulam:

I
A I *πέλτα* Δάζιμος Πύρρω (ὁριστής I 5)
A Λ *λατήριον* Φίλιππος Φιλίππω (μισθωσάμενος I 184)
A Σ *βότρυς* Τίμαρχος Νίκωνος (πολιανόμος I 95)
⊏ E *τρίπους* Φιλώνυμος Ζωπυρίσκω (ὁριστής I 3)
⊏ E *ἄνθεμον* Ἀπολλώνιος Ἀπολλωνίω (πολιανόμος I 96)
⊏ E *γυῖον* Πισίας Λεοντίσκω (μισθωσάμενος I 183)
⊏ E *γυῖον* Ἀριστόδαμος Συμμάχω (γραμματεύς I 187)
⊦ A *ἄνθεμα* Φιλώνυμος Φιλωνύμω (πολιανόμος I 166)
⊦ A *ἔμβολος* Ἡρακλείδας Τιμοκράτεος (πολιανόμος I 166)
⊦ A *ἔμβολος* Δάμαρχος Φιλωνύμω (μισθωσάμενος I 182)
K N *θρῖναξ* Φιλώτας Ἱστιείω (ὁριστής I 5. 6)
K N *σφαιρωτῆρες* Ἀριστόδαμος ..... (πρώγγυος I 184)
M E *ἐπιστύλιον* Ἡρακλείδας Ζωπύρω (ὁριστής I 6. 7)
M E *κιβώτιον* Ἀρκὰς Φιλώτα (πρώγγυος I 181)
M E *κιβώτιον* Βορμίων Φιλώτα (μισθωσάμενος I 180)
Π E *καρυκεῖον* Ἀπολλώνιος Ἡρακλήτω (ὁριστής I 4)
.. .. Θεόδωρος Θεοδώρω (πρώγγυος I 182)

II
ἀν ΑΝΘΕΜΑ Φιλώνυμος Φιλωνύμω
ϝε ΑΝΘΕΜΟΝ Ἀπολλώνιος Ἀπολλωνίω
ατ ΒΟΤΡΥΣ Τίμαρχος Νίκωνος
ϝε ΓΥΙΟΝ Ἀριστόδαμος Συμμάχω
ϝε ΓΥΙΟΝ Πισίας Λεοντίσκω
ἀ ΕΜΒΟΛΟΣ Δάμαρχος Φιλωνύμω
ἀ ΕΜΒΟΛΟΣ Ἡρακλείδας Τιμοκράτεος
μι ΕΠΙΣΤΥΛΙΟΝ Ἡρακλείδας Ζωπύρω
ω ΘΡΙΝΑΞ Φιλώτας Ἱστιείω
πι ΚΑΡΥΚΕΙΟΝ Ἀπολλώνιος Ἡρακλήτω
μι ΚΙΒΩΤΙΟΝ Ἀρκὰς Φιλώτα
μι ΚΙΒΩΤΙΟΝ Βορμίων Φιλώτα
αλ ΛΩΤΗΡΙΟΝ Φίλιππος Φιλίππω
αι ΠΕΛΤΑ Δάζιμος Πύρρω
κν ΣΦΑΙΡΩΤΗΡΕΣ Ἀριστόδαμος .....
ϝε ΤΡΙΠΟΥΣ Φιλώνυμος Ζωπυρίσκω
.. .. Θεόδωρος Θεοδώρω

Ante omnia hoc observabo in manubriis amphorarum Cnidiarum vel Rhodiarum saepissime impressas reperiri imagines vel prorae (= *ἔμβολος*) vel caducei (= *καρυκεῖον*) vel floris (= *ἄνθεμον*, *ἄνθεμα*) vel uvae (= *βότρυς*) vel tridentis (= *θρῖναξ*) vel diotae (= *λατήριον*), quae imagines cum sine dubio insignia sint mercatorum, consentaneum est ut etiam Heracleotarum insignia intellegamus. Sic explicatur facile, quod Arcas et Bormio, Philotae filius uterque, quorum alter pro altero vadimonium fecit, eodem insigni utuntur (*κιβώτιον*). Sed non domorum, sed gentium singularum singula insignia esse alia exempla docent: idem insigne (*γυῖον*) habent Aristodamus Symmachi et Pisias Leontisci f., itemque idem (*ἔμβολον*) habent Damarchus Philonymi et Heraclidas Timocratis f. Iam vero ubi eadem sunt insignia, notae quoque eaedem antecedunt: ad *γυῖον* pertinet utrubique nota *ϝε*, ad *ἔμβολον* nota *ἀ*, ad *κιβώτιον* nota *μι*. At non semper cum eisdem notis eadem insignia coniuncta sunt, velut ad *ϝε* notam pertinent tripus flos genu, ad *ἀ* notam flores et prora (s. rostrum), ad notam *κν* tridens et lora (*σφαιρωτῆρες*), denique ad notam *μι* epistylium pertinet et cista. Itaque quoniam amplior est notarum circuitus, quippe quae singulae bina vel terna comprehendant insignia, notae necesse est superius aliquid gentibus significent, sive phratrias sive obas sive tribus intellegimus. Hoc ut diiudicari nequeat, illud dubium non est, quin vocabulorum compendia sint omnia. — Ceterum *γυῖον fascinum* intellegit Marx studia Luciliana p. 75.

Glossas denique has habeto:

ἀμφίσταισθαι (I 125)· *ἐξετάζειν* Hesych.
ἀρτύσκετι (I 106) cf. Hes. *ἀπαρτύειν· ἀποκρύπτειν. Ταραντῖνοι* Hesych. Vide supra ad I 106.
ἀχύριον (I 140). Hesych. *ἄχυρος* (l. *ἀχύριος*)· *ὁ ἀχυρών, ἀχυροδόκη, ἀποθήκη τῶν ἀχύρων.* Aristoph. Vesp. 1310 (coll. schol.) non *ἀχυρμόν* cum Meinekio, sed *ἀχύριον* videtur corrigendum.
βοῶνα (I 139) cf. Hesych. *βοωνία· αὔλειος θύρα· Κρῆτες.* Similiter formata vocabula *γυιών* (I 136) et *τοφιών* (I 137).
γύαι (II 13 al.)· *πλέθρα* Hesych.
ἐγϝηληθίωντι (I 152). De verbo *ἐγϝηλέω* cf. Meister p. 382; vide etiam *ἀπεϝηλέω* in titulo Eleo IGA 118.
κάδδιξ (I 53). Hesych. *κάδδιχον· ἡμίεκτον ἢ μέτρον* coll. Poll. IV 168, *ἡ δὲ ἄδδιξ μέτρον ἐξαχοίνικον.*
καταλυμακωθής (I 56). Hesych. *λύμακες· πέτραι.* Itaque *καταλυμακόω* est *terminum diffindere in multa disiectaque saxi fragmina* (*λύμακας*).

μασχάλη (I 92) vocabulum fortasse Graecis illarum regionum proprium, cf. Strabo VI p. 268 in. ἡ μὲν Μεσσήνη τῆς Πελωριάδος ἐν κόλπῳ κεῖται καμπτομένης ἐπὶ πολὺ πρὸς ἕω καὶ μασχάλην τινὰ ποιούσης. Fortasse ab ipsis accolis *μασχάλη* vocabatur.

ἐπαμώχῳ (I 14). Hesych. παμῶχος· ὁ κύριος· Ἰταλοί et παμωχίων· κεκτημένος.

πλάγος (I 66) glossa non superest, sed comparandum adiectivum πλάγιος et nomen πλάξ. Similiter ῥάξ et ῥάγος iuxta fuerunt, cf. Nicandri alexiph. 184 ἐπὶ ῥαγόεσσι cum nota Schneideri.

ῥῆτρα (I 151). Photius ῥῆτραι· Ταραντῖνοι δὲ νόμους καὶ οἷον ψηφίσματα. Cf. Wilamowitz *philol. Unters.* VII 260 adn.

ῥογὸς δαμόσιος (I 102). Hesych. ῥογοί· σιροὶ σιτικοί, σιτοβολῶνες i. e. horrea frumentaria. Italicae sine dubio originis vocabulum.

σαρμευτεῖ (I 136). Hesych. σαρμός· σωρὸς γῆς καὶ κάλλυσμα· ἄλλοι ψάμμον, ἄλλοι χόρτον et σάρματα· καλλύσματα· καὶ κόπρια παρὰ Ῥίνθωνι. Itaque Tarentinis usitatum vocabulum.

σκίρα (I 19 al.). Hesych. σκῖρος· ἄλσος καὶ δρυμός. Φιλητᾶς δὲ τὴν ῥυπώδη γῆν. Cf. Robert Hermae XX 350 sqq.

τράφος (II 51). Hesych. τράφος· τάφος (l. τάφρος).

646 Heracleae a. 1763 repertus lapis tofinus. Nunc Neapoli in museo.

ΗΙΣΤΙΑΙΑΠΡΟ
ΑΥΤΑΥΤΑΣΚ
ΑΙΤΑΣΑΦΡΟΔ
ΙΤΙΑΣΔΟΡΚΑΣ
5 ΑΝΕΘΗΚΕ

Ἱστίαι πρὸ αὑταυτᾶς καὶ Ἀφροδιτίας Δορκὰς ἀνέθηκε.


Contuli. Ignarra in opusculis (Neap. 1807) p. 57; Ross inscr. gr. III p. 166 n. 9*a* (inde Keil syll. Boeot. p. 233; Franz add. III p. 1253 n. 5776); Fiorelli catal. 80.

Versu 1 legebatur Ἱστιαίᾳ, at quamvis nominis forma explicari possit offendit tamen iota omissum. Itaque fortasse iterata A littera errori lapicidae debetur.

VIIII. METAPONTION (*Torremare*).

Μεταπόντιον (sic Thucydides 7, 33 et Graeci scriptores omnes) stadiis CXXXX ab Heracleae portu sita urbs, ut ad Antiochi Ephorique fidem narrat Strabo VI p. 264, Πυλίων λέγεται κτίσμα τῶν ἐξ Ἰλίου πλευσάντων μετὰ Νέστορος (cf. id. p. 222), οὓς οὕτως ἀπὸ γεωργίας εὐτυχῆσαί φασιν ὥστε θέρος χρυσοῦν ἐν Δελφοῖς ἀναθεῖναι (vide nummos) ... Ἀντίοχος δέ φησιν ἐκλειφθέντα τὸν τόπον ἐποικῆσαι τῶν Ἀχαιῶν τινας μεταπεμφθέντας ὑπὸ τῶν ἐν Συβάρει Ἀχαιῶν ... ἵνα μὴ Ταραντῖνοι γειτνιῶντες ἐπιπηδήσειαν τῷ τόπῳ. Saeculo IV ineunte Romanis se dedisse videntur Metapontini, a quibus post cladem Cannensem ad Poenos defecerunt cum aliis plerisque Graecis (Liv. 22, 61. 25, 15). Postea non amplius memoratur urbs: quodsi Pausanias (VI 19, 8) ait ἐπ' ἐμοῦ δ' ἔτι μὴ θέατρον καὶ περίβολοι τείχους ἄλλο ἐλείπετο οὐδὲν Μεταποντίου, ipse sine dubio locum non adiit. Ad hunc usque diem vetusti templi columnae rectae supersunt.

647 Metaponti in templo recens effosso repertus mense Aprili anni 1880 lapis calcaris vel arenaceus.



Descripsit Ioannes Schmidt. Ed. Fiorelli *notizie degli scavi* 1880 p. 190 (coll. tab. VI) cum notis Comparettii; Roehl IGA 540.

Ultimam tituli litteram Io. Schmidt interpretatus est Θ. Certa videntur haec:

Ἀπέλ(λ)ωνος Λυκ(είου) εἰμί, Θεάγεος .....

648 Ad Bradanum in templi ruderibus repertum, nunc in museo Torremarensi. Litterae IV a. Chr. n. saeculi Lex.

ᴗ Γ Ε Ω Ν
Ε Υ Ξ Ε Ν Ο Σ
Φ Ι Λ Ι Σ Τ Ι Δ Α Ε Θ Η Κ Ε

Lenormant *bull. epigr. de la Gaule* 1883 III 41, 14.
Quas Lenormant exhibuit litteras eae IV saeculi non sunt.
-- Εὔξενος Φιλιστίδα ἔθηκε.

649 Ad Bradanum repertum, nunc in museo Torremarensi.

Α Ν Ε Θ Η Κ Α Ν

Lenormant *bull. epigr. de la Gaule* 1883 III 41, 15.
-- ἀνέθηκαν.

650 Metaponti *sur la margelle d'un puits antique déblayé dans les fouilles de M. La Cava; caractères de l'ancien alphabet achéen.*

S T / / / / / / / / V X E N

Lenormant *bull. epigr. de la Gaule* 1883 III 41, 12.
Fides tituli penes Lenormantium esto, qui sic legit Ἰν..... [ἐπε]υξεν.


651 Metaponti sepulcra lapidibus tofinis constructa reperta sunt. In superioribus lapidum partibus:

1 ...ΜΙ 2 ΙΠƎ 3 ΙϽΥΣ

Fiorelli *notizie degli scavi* 1877 p. 96 sq. ex ectypo gypseo (inde diar. archaeol. 1877 p. 180).
Vel eadem vel similia vidit Lenormant *bull. epigr. de la Gaule* 1883 III 41, 13: *sur la tranche de la dalle en calcaire grossier d'un tombeau d'enfant découvert auprès de la Tavola de' Paladini; lettres de type archaique* ΓΗ ΙΝ

X. *S. MAVRO FORTE. PISTICCI.*

652 Columella fictilis reperta ad S. Maurum Fortem vicum septem fere ad septentrionem chilometris ab Stigliano situm, a Matera oppido ad occidentem versus.



sic

Fiorelli *notizie degli scavi* 1882 p. 119 sq. missam ab Michaele Lacava, coll. tab. photogr. XI. Repetiit Roehl imag. inscr. Gr. p. 37, 5. Cf. Hiller annal. Fleckeis. 1883 p. 144 et Comparetti *rivista di filologia* XI 1.

Χαῖρε, ϝάναξ Ἡρακλες(?), ὅ τοι κεραμεύς μ' ἀνέθηκε·
δὸς δέ ϝ' ἐν ἀνθρώποις δόξαν ἔχεν ἀγαθ[ά]ν.
Νικόμαχός μ' ἐποίει.

Postquam ipsum carmen ille per quattuor columellae latera apte distribuit, subscriptionem ibi addidit ubi spatium maxime vacabat.

653 Pisticci *sarcofago trovato nell' anno* 1819.

Ε Π Ι W	ἐπὶ ...
Ε Ι Τ Ι Α	ἐ[π]ὶ Α...

Bonghi in epistula 12 Dec. 1829.

XI. GRVMENTVM (*Saponara*).

Cf. Mommsen CIL X p. 27.

654 *Presso Saponara in un sepolcro di tufo trovato sul petto d' uno scheletro un nobilissimo serto d' oro* ROMAN. Emit Ludovicus I rex Bavariae ab comitissa Lipona, olim Neapolis regina, Ioachimi Murat uxore SCHEDVLA REGIS LVDOVICI. Coronam eximia arte factam sic describit CHRISTIVS: *(der Kranz) besteht aus einem mit Eicheln reichbehangenen Eichenzweig ... auf den Aestchen stehen zwei bekleidete weibliche Genien mit zum Fluge gehobenen Flügeln und auf den Blättern wiegen sich vier kleine aus leichtem Goldblech gebildete Eroten, deren Blicke auf die grosse ... aufrecht stehende Göttin gerichtet sind, die einen Gräserkranz auf dem Haupte trägt und in der Linken eine Opferschale, in der Rechten eine Asterblüthe hält ... auf der Basis der Hauptfigur die mit Goldfäden ausgeführte Inschrift.* Nunc Monaci in antiquario.

ϵϵϵϵϵϵϵ
ΚΡΕΙΘΩΝ
ΙΟΣΗΘΗΚΗ
ΤΟΕΙΣΤΗ
ΦΑΝΟΝ


Meum in usum parato animo descripsit Alfredus Emerson, qui etiam regis Ludovici schedulam mecum communicavit. Romanelli *antica topografia del regno di Napoli* (1815—19) I 403; Avellini *mem. della r. accad. Ercol.* (Nap. 1822) I 207, Ioannes Petrettini *Wiener Jahrb.* (1826) XXXV *Anzeigebl.* p. 33. Repetiit Franz 5777. Cf. Gerhard *ant. Bildw.* tab. 60 et Christ-Lauth *Führer durch d. Antiquarium* 619.

Quarti vel tertii saeculi teste Christio. Legendum:

Κρειθώνιος ἤθηκη (i. e. ἔθηκε) τὸ εἰστήφανον (i. e. τὸν στέφανον).

XII. ANXIA (*Anzi*).

655 Galea Anxiae reperta; ex collectione Templiana in museum Britannicum pervenit ROEHL.



Δάζιμος Πύρρω.

Ex suo apographo Roehl IGA 547.

Δάζιος, Δάζας, Δαζτύμιμος nomina Messapica, cf. Deecke mus. Rhen. 36 p. 585 sqq. Δάζιμος Πύρρω supra 645 I 5.

XIII. VELIA (*Castellamare della Bruca prope Pisciottam*).

Cf. Mommsen CIL X p. 51.

656 Veliae repertus cippus.

ΑΙΣΧΡΙΩΝ
ΛΙΝΥΣΙΟΥ

Αἰσχρίων Δι[ο]νυσίου.

Ex schedis Capialbi. Edidit idem litteris minusculis in *Fata Morgana, foglio periodico di Reggio 15 luglio 1839*; hinc Franz add. p. 1253 n. 5778c (c).

657 Veliae repertus cippus nunc puteo insertus.

ΕΙΜΩΝΟΣ
ΤΟΥΠΙΣΤΟΥ

Barnabei in *notizie degli scavi* 1882 p. 389; Lenormant *bull. épigr. de la Gaule* 1883 III 40, 8.

Εἵμωνος τοῦ Πίστου.

Proclivis est Σίμωνος coniectura.

658 Veliae apud L. de Lisa basis exigua.

ΙϹΤΙΗ Ἰστίη.

Barnabei *notizie degli scavi* 1882 p. 389; Lenormant *bull. épigr. de la Gaule* 1883 III 40, 7.

---

659 Veliae in agro Battagliese repertus cippus calcaris, nunc in domo colonica.

ΝΙΚΑϹΤΗϹΖΩΙΛ//

Barnabei *notizie degli scavi* 1882 p. 389; Lenormant *bull. épigr. de la Gaule* 1883 III 40, 11.
Νίκας τῆς Ζωΐλ[ου] legi videtur, sed mira forma Dorica.

---

660 Veliae repertus cippus.

ΤΕΡΤΙΑ
ΠΑΚΙΑΣ
ΤΟΥΔΙΟΝ
ΣΙΟΥ

vacat

Τερτία .... τοῦ Διον[υ]σίου.

Ex schedis Capialbi. Edidit idem litteris minusculis in *Fata Morgana, foglio di Reggio 15 luglio 1839.* Hinc Franz add. p. 1253 n. 5778c (*b*).
2 desidero patris nomen casu genetivo positum; Πακιάς non recte Franz.

661 Veliae repertum fragmentum marmoreum apud Raphaelum Battagliese.



Φ]ιλωνίδο[υ] Σωσάνδρο[υ] Ἀριστων[ύμο]υ υἱοῦ.

Ex schedis Capialbi. Idem edidit litteris minusculis in *Fata Morgana foglio periodico di Reggio 15 luglio 1839.* Hinc Franz add. p. 1253 n. 5778c (*a*).

Lapis a dextra quamvis margine notato non videtur integer esse. Potest etiam trium hominum titulus restitui hunc in modum: Φιλωνίδου, Σωσάνδρου, Ἀριστωνύ[μ]ου.

XIIII. POTENTIA (*Potenza*).

Cf. Mommsen CIL X p. 21 sqq.

662 In Potentiae oppidi vicinia repertum *oggetto d'oro, possibilmente fermaglio* Lac.

a ΚΩΠΑΙΣ

ab altero latere:

b ΑΠΕ·ϚΡ, /⁻ ϾVΜ: Ϡ

Imaginem stanniolo expressam beneficio debeo Michaelis Lacava.

In tit. *b* ex auro ipso Lacava legit ΑΠΕ·Ϛ·ΡΑΤϾVΜ:Σ

Titulus prior potest Graecus esse, alter non est.

663 Potentiae repertum fragmentum quo loco vetus oppidum fuit.



Ectypum gypseum comiter misit Michael Lacava.

Graecum esse titulum non spondeo.

XV. POSIDONIA (*Pesto*).

Cf. Mommsen CIL X p. 52 sqq.

Ποσειδωνία urbs a Sybaritis condita (Scymn. 245) copiis olim et frequentia florebat, ut docent et nummi et templa quae supersunt. Sed Aristoxenus iam (apud Athen. 14 p. 632*a*) cives queri potuit *ἐκβεβαρβαρῶσθαι Τυρρηνοὺς ἢ Ῥωμαίους γεγονότας καὶ τήν τε φωνὴν μεταβεβληκέναι τά τε λοιπὰ τῶν ἐπιτηδευμάτων*. Priscae Graecitatis unam superesse memoriam *μίαν τινὰ τῶν ἑορτῶν τῶν Ἑλληνικῶν ἔτι καὶ νῦν, ἐν ᾗ συνιόντες ἀναμιμνήσκονται τῶν ἀρχαίων ἐκείνων ὀνομάτων τε καὶ νομίμων καὶ ἀπολοφυράμενοι πρὸς ἀλλήλους καὶ ἀποδακρύσαντες ἀπέρχονται*. Postea nomine simul mutato — Paestum enim iam appellata est — primum in Lucanorum, deinde in Romanorum potestatem pervenit (Strabo 5 p. 251).


664 Posidoniae (Paesti) empta et fortasse reperta statua exigua virginis canephori, nune in museo Berolinensi. Titulus quattuor plinthi latera occupat.

ΑΚΞΘΑΔ | ΣΙΥΜΡΑ↓ | ΟΛΛΣΦΟΣ | ΑΜΑΘΑΤ
ΙΑΤ

Τᾶθάναι Φιλλὼ Χαρμυλίδα δεκάτα[ν].

Vidi. E. Curtius diar. arch. XXXVIII 1880 p. 27; inde Roehl IGA 542.

665 Paesti in sepulcro lammina argentea reperta, postea apud comitem del Balzo (cf. Minervini *bull. Nap.* n. s. 1853 I 138).



Avellini et Welcker mus. Rhen. 1835 III 581 (cf. Welcker *kleine Schr.* III 237). Inde Franz 5778; Roehl IGA 541.

Τᾶς Θε . . . παιδός εἰμι.

Mihi videtur matris vel patris nomen ex litteris ⊞ΕΟΤΜ efficiendum; infantis nomen ut saepe tacetur. Wilamowitz legi vult *τᾶς Θεοῦ τ[ᾶ]ς παιδός εἰμι.*

XVI. AGER ATINAS.

Cf. Mommsen CIL X p. 40 sqq.

666 *Rinvenuta in un fondo de' Signori Columna di Pertosa sito alla contrada Massavetere, cioè sulla via che mena da Vietri a Pertosa* IANN. Est ibidem a Monte Caggiano tertio mil. Pertosam versus in villa Chrysostomi Columnae MOMMS.

L·MANNEIVS·Q·MEDIC '*sic*'
VEIVOS·FECIT·ΦΥΣΕΙΔΕ
ΜΕΝΕΚΡΑΤΗΣΔΗΜΗ '*sic*'
ΤΡΙΟΥΤΡΑΛΛΙΑΝΟΣ
5 ΦΥΣΙΚΟΣΟΙΝΟΔΟΤΗΣ
ΖΩΝΕΠΟΙΗΣΕΝ
MAXSVMA·SADRIA·S·F
BONA·PROBA·FRVGEI·SALVE

Descripsit Mommsen IRN 236, CIL I 1256 cum tabula LXX*c*, CIL X 388. Guarini *fasti duumvir. di Pompei* (1837) p. 179 (*rimessami son pochi giorni da Auletta*) et p. 216. Habet Iannelli ms., quem citat Mommsen.

L. Manneius Q(uinti) medic(us) veivos fecit, φύσει δὲ Μενεκράτης Δημητρίου Τραλλιανός, φυσικὸς οἰνοδότης ζῶν ἐποίησεν. — Maxsuma Sadria S. f. bona proba frugei salve.

XVII. VOLCEI (*Buccino*).

Cf. Mommsen CIL X p. 43 sqq.

667 Volceis Lucaniae *nel palazzo del Duca vecchio nel giardino* LIGOR. Idem voluit CITTADINI, qui scribit *dentro il giardino del retro scritto palazzo* (i. e. *del car. di Sforzi*). Ibidem EGO. Lapis fuit, ut memini, perparvus quadratus, muro immissus.

. . ΕΠΙΚΑΣΑΟΥ
. . ΡΙΣΣΙΑΙΝΟΥ
. . ΑΡΧΟΝΤΟΣ

ἐπὶ Κα . . . . ἄρχοντος.

Vidi ego et exscripsi, sed schedula aliis tradita periit. Cittadini Marcian. f. 6'; Vatic. 5253 f. 327' et 356. Inde Ligorius Taurin. IV et Donius cod. Marucell. A 188 (in schedis Donianis a Gorio compositis), inter suspectas Mommsen CIL X p. 4*.

Є et C ubique Citt. Vat. f. 327'. — 1 ΚΑΙΑΟΥ Citt. Vat. f. 327' et Lig. ΚΑΙϘΥ Citt. Vat. f. 356 et Don. — 2 ΠΙΣΣΙΑΙΝΟΥ Ligor.

Archontis nomen non expedio, neque expedire me memini cum transcriberem; v. 2 *Ἀρισταίνου* coniecit Wilamowitz. — Ceterum titulus qui ad Volceianorum rem publicam pertinere non potest aliunde videtur advectus esse.

XVIII. TARENTVM (*Taranto*).

Cf. Mommsen CIL IX p. 21.

Τάρας urbs in medii sinus Tarentini paeninsula egregio loco posita primum condita est a Iapygibus (Antiochus apud Strabonem VI p. 279), quibus expulsis Lacedaemoniorum coloni qui *Παρθενίαι* vocabantur (nomen omissis Antiochi Ephorique fabulis a Minerva Virgine ducendum, cf. Doehle *Gesch. Tarents*, Strassburg 1879 p. 12) locum occupaverunt saeculo ut videtur exeunte octavo (ol. 18, 4 Hieron.). Reipublicae forma ad Darei regis Persarum usque tempora Spartanae similis mansisse videtur (*Ἀριστοφιλίδης τῶν Ταραντίνων ὁ βασιλεύς* memoratur ab Herodoto III 136), paullo vero post bella Persica magno optimatum numero ab Iapygibus victo caesoque ad populum res pervenit (Aristot. pol. 8, 3 p. 1303 *a* [3]), qui tamen Atheniensium classi portum aditumque negavit (Thuc. VI 44); laudat Tarentinorum regnum populare Aristoteles pol. 7 (6), 3 extr. Florebat civitas hoc potissimum tempore magnis terra marique opibus divitiisque, agricultura et re pecuaria, lanificio, piscatura, aliis multis opificiis; nimiam civium luxuriam et mollitiem castigant Theopompus (apud Athen. IV p. 166) et Clearchus (ibid. XII p. 522) Ephorumque ut videtur secutus Strabo p. 280, qui maxime eis opprobrio vertit *τὸ ξενικοῖς στρατηγοῖς χρῆσθαι*. Pythagoreae disciplinae multi addicti fuerunt Tarentini (cf. Iamblichi vit. Pyth. p. 190 Nauck), velut Philolaus et Eurytus, maxime vero Archytas, ut ait Strabo l. s., *ὃς καὶ προέστη τῆς πόλεως πολὺν χρόνον*. Inter crebra cum Messapiis Lucanisque bella Alexandrum Molossum arcessiverunt, qui tamen mox hostis ex amico factus *τὴν κοινὴν Ἑλλήνων τῶν ταύτῃ πανήγυριν, ἣν ἔθος ἦν ἐν Ἡρακλείᾳ συντελεῖν τῆς Ταραντίνης, μετάγειν ἐπειρᾶτο εἰς τὴν Θουρίαν κατὰ ἔχθος* (Strabo l. s.), unde patet Tarentum tunc temporis principem Graecarum civitatum locum obtinuisse. Pyrrho rege Tarentinorum socio victo a. 272 a Romanis urbs capta et ad foedus admissa est; postea cum ad Hannibalem defecissent (a. 208) *τὴν ἐλευθερίαν ἀφῃρέθησαν*, ut ait Strabo (cf. Mommsen l. s.), et a. 122 colonia eo deducta est Neptunia dicta: *ὕστερον δ' ἀποικίαν Ῥωμαίων δεξάμενοι καθ' ἡσυχίαν ζῶσι καὶ βέλτιον ἢ πρότερον* (Strabo p. 281).

668 Tarenti in sepulcro in agro Thesauri nomine appellato, qui dicionis est Ludovici Loiucco, repertae duae lamminae plumbeae, nunc in museo Neapolitano.

I.

ΠΟΛΕΜΑΡΧΟΣ	Πολέμαρχος
ΑΙΣΧΡΩΝ	Αἴσχρων
ΤΙΜΟΚΡΑΤΗΣ	Τιμοκράτης
ΝΙΚΟΚΡΑΤΗΣ	Νικοκράτης
ΞΕΝΟΚΑΔΗΣ	Ξενοκάδης
ΒΙΑΣ	Βίας
ΠΑΥΣΩΝ	Παύσων
ΣΤΙΛΠΑ	Στίλπα
ΕΥΡΥΤΟΣ	Εὔρυτος
ΣΑΜΥΘΑ	Σάμυθα
ΦΙΛΩΤΑΣ	Φιλώτας
ͰΑΓΙΣ	Ἅγις
ΖΩΠΥΡΑΜΑΧΑΝ	Ζωπύρα Μαχαν.
ͰΙΣΤΙΑΙΑ	Ἱστιαία
ΕΠΑΙΝΕΤΟΣ	Ἐπαίνετος
ΣΙΜΩΝ	Σίμων
ϜΑΡΙΧΟΣ	Ϝάριχος
ΣΦΕΝΔΩΝ	Σφένδων
ΔΑΜΟΤΕΛΗΣ	Δαμοτέλης

II.

ΦΙΛΗ	Φιλη . . .
ΒΟΤ	Βοτ . . . .
ΜΕΛ	Μελ . . . .
ͰΙΣΤ ΑΙΟΣΟΛ	Ἱστ[ι]αῖος Ὀλ.
ΚΡΑΤΙΣΚΟΣ	Κρατίσκος
ΠΟΛΥΑΙΣ	Πολυ[λ]ίς?
ΚΑΛΛΙΚΡΑΤΗΣ	Καλλικράτης
ΓΛΑΥΚΟΣ	Γλαῦκος
ΣΙΜΥΛΙΣ	Σιμυλίς
ΑΝΘΡΩΠΙΣΟΣ	Ἀνθρωπίσ[κ]ος?
ΔΑΜΑΙΝΕΤΟΣ	Δαμαίνετος
ΦΙΛΙΣΤΑ	Φιλίστα
ΔΕΥΚΑ	Λ]εύκα
ΖΩΠΥΡΟΣ	Ζώπυρος
ΤΥΡΙΧΑ	Τυρίχα
ΒΟΤΥΡΟΣ	Βότυρος
ͰΙΣΤΙΑΙΟΣΛΙ	Ἱστιαῖος Λι.
ΑΡΙΣΤΑΚΟΣ	Ἀρίστα[γχ]ος an Ἀριστα[ῖ]ος?
ΑΡΙΣΤΟΔΑΜΟΣ	Ἀριστόδαμος
ΠΛΕΙΣΤΩΙ	Πλειστώι.

Ed. Fiorelli *notizie degli scavi* 1880 p. 34 cum notis Comparettii. Conicit Comparetti tabulam esse Pythagoreorum sexus utriusque, qui in sodalis sepulcro nomina sua inscripta posuerint. Cui coniecturae etiamsi favere videatur quod aliquot nomina in Iamblichi catalogo Pythagoreorum recurrunt, velut integra Polemarchus Tarentinus, Xenocades Metapontinus, Zopyrus Tarentinus, Histiaeus Tarentinus (*Ἑστιαῖος* Iambl.), Eurytus Tarentinus, quibus addi possit ex coniectura satis audaci Μέλ[ισσος] Samius (II 3) et fortasse Mylliae Crotoniatae uxor Τυρίχα (II 15 Τιμύχα Iambl.), tamen haec minime sufficiunt ad Comparettii sententiam confirmandam, cum praesertim Euryto Philolai discipulo aliquanto recentior videatur titulus esse, recentior etiam tabulis opinor Heracleensibus. Itaque pauca illa nomina quae communia sunt catalogo Iamblichi et titulo Tarentino facilius inde explicantur quod illarum terrarum usu recepta erant.

Pag. I 17 *Ϝάριχος* nomen certum; conferri iubet Wilamowitzius Hesych. *βάρραχοι· ἄρνες* et *ἄρραχα· ἄρρεν πρόβατον*. — Pag. II 2 certe non Βότ[υρος] supplendum, cf. ibid. v. 16; cognomines enim homines addita utrubique nota inter se distinguuntur, cf. II 4 et 17.

669 Apud Tarentum *blocco di carparo*.

ΕΠΟΙΕ
ΕΣΑΝΕΘΕΚΕ

Viola *notizie degli scavi* 1883 p. 184.

ὁ δεῖνα] ἐποίη
ὁ δεῖνα ..]ος ἀνέθηκε.

670 Tarenti lapis marmoreus rep.

ΕΗΛ
ΤΡΙΗΡΕΑΣ
ΑΥΤΟΣΘΕΝ

Viola apud Fiorellium *notizie degli scavi* 1884 p. 124.

671 Tarenti reperta basis (*di pietra carparigna*), in qua fuit avis imago, cuius et cauda et crus alterum superest.

ΑΓΑΘ
ΞΕΝ

Fiorelli *notizie degli scavi* 1881 p. 436; Lenormant *bull. épigr. de la Gaule* 1883 III 41, 17.
Fuitne artifex Ἀγαθ[ό]ξεν[ος]?

PARS TERTIA.

CALABRIA. APVLIA EIVSQVE VICINIA.

I. BRVNDISIVM (*Brindisi*).

Cf. Mommsen CIL IX p. 8 sqq.

Brundisii oppidi ut nomen Messapicum (*βρένδον cervum*, *βρένδιον* vel *βρέντιον caput cervinum* dixisse Messapios testantur glossographi, cf. Hesych. s. v. *βρένδον*, Et. Gud. s. v. Βρεντήσιον, Seleucus apud Steph. Byz. s. v., Strabo VI p. 282) ita origo non Graeca, quidquid Graeci fabulabantur scriptores; Iapygas Tarento a Graecis eiectos Brundisii consedisse primus fortasse Antiochus narraverat, cf. Strabo VI p. 278 sq. et 282. Reges Brundisinorum memorat Strabo l. s., quo quidem tempore urbs bello cum Tarentinis gesto magnam agri iacturam fecisse dicitur. Bello Punico primo (a. 245) colonia eo deducta est a Romanis (Liv. epit. 19), qui iam XX fere annis ante Brundisio potiti sunt, et inde ab illo tempore portu Brundisino, quem novit iam Herodotus (IV 99), laudat praeter Strabonem Polybius X 1, 8, 'communis', ut ait Mommsen, 'populorum negotiatio uti coepisse putanda est'.

672 Apud Brundisium repertus caduceus aeneus, a. 1867 Venetiis apud Andream Dondi-Orologio.

ΔΑΜΟΣΙΟΝΘΟΥΡΙΩΝ
ΜΟΜΙΜΕΔΜΕRΒΜΟΙΜΟΜΑΔ

Ed. Mommsen Herm. III 298, qui et genuinos titulos testatur et versu altero Σ et Ν litteras eadem forma uti adfirmat.

δαμόσιον Θουρίων. δαμόσιον Βρενδεσίνων.

Ex scripturae litteraturaeque diversitate apparet priorem titulum ex Thuriorum, alterum ex Brundisinorum auctoritate inscriptum esse. Ad quodnam tempus hoc illarum civitatum commercium sive foedus pertineat nescio.

673 Brundisii in domo familiae Stephaniae Cas.

ΘΑΛΗΣΜΕΙΛΗΣΙΟΣ
ΕΝΓΥΑΠΑΡΑΔΕΑΤΑ

Θαλῆς Μειλήσιος. ἐγγύα, παρὰ δὲ ἄτα.

Habet Io. Bapt. Casimiro epistula apologetica ad Q. Mar. Corradum a. 1567 (ms. bibl. Brundis.). De fraude auctor nunquam suspectus est, nec est cur magis hic titulus (sine dubio in herma insculptus) offendat quam Biantis herma similia.

---

674 Brundisii pro foribus aedium Diomedis Athenaei medici Vallamb. et Smetivs, qui addit 'in basi'. In aedibus Diomedis Catiniani Corr. (Cetiniani Casim., Casiniani Vrs.).

ΕΥΚΡΑΤΙΔΑΣ ΠΕΙΣΙΔΑΜΟΥ
ΡΟΔΙΟΣ
ΦΙΛΟΣΟΦΟΣ ΕΠΙΚΟΥΡΕΙΟΣ
ΤΟΝΤΟΠΟΝ ΤΗΣ ΒΡΕΝΔΕΣΙΝΩΝ ΒΟΥΛΗΣ
ΕΙΣ ΤΑΦΗΝ ΨΗΦΙΣΑΜΕΝΗΣ
EVCRATIDAS·PISIDAMI·F·RHODIVS
PHILOSOPHVS·EPICVRIVS
L · P · D · D · D

Tria sunt apographorum genera, primum versibus male divisis (v. 1 — Ῥόδιος, v. 2 — τὸν, v. 3 — βου-, v. 4 — ψηφισαμένης, v. 5 — Rhodius, v. 6 — L · P · D · D · D) Corradi in Manutii codice Vat. 5241 f. 572 = 5353 f. 325 (inde Manutius orthogr. 22, 1; Ursinus imagin. f. 72; Ligor. Neap. VIII f. 9; ex Ursino Gennaro Grande *cognomi gentilizi* p. 30), alterius generis recte divisis versibus duo sunt exempla, alterum Pontani (cuius ex libro a. 1547 exscripsit Morillon ap. Metellum Vat. 6039 f. 301' et accuratius apud Ligorium Neap. VII p. 488 et 489), alterum Vallamberti apud Metellum Vat. 6039 f. 302 et apud Smetium ed. f. 84, qui quod dicit ab Morillonio se accepisse, habuit sine dubio huius exemplum ex Vallamberto correctum; ex Smetio Grut. 406, 2; hinc Franz 5783 coll. add. p. 1254. Tertium denique Casimiri est apographum (epistula apologetica ad Q. Mar. Corradum 1567 ms. bibl. Brundis.), in quo versibus recte divisis Latina vv. 6—8 desunt; cf. Mommsen IRN p. 27, CIL IX 48.

Exhibui fere Vallamberti exemplum. — 1 ΠΕΙΣΙΔΑ///// Pont. ap. Ligor. VII — 4 ΒΡΟΥΝΔΕΣΙΝΩΝ Pont. Casim., ΒΡΟΥΝΤΕΣΙΝΩΝ Ligor. VIII — 5 ΥΝΡΙΣΑΜΕΝΗΣ Pont. ap. Met., ///ΡΙΣΑΜΕΝΗΣ Pont. ap. Ligorium VII, qui ΥΝ litteras incommodas omisit, ΨΗΦΙΖΑΜΕΝΗΣ Vall. (ΨΗΦΙΣΑΜΕΝΗΣ Ligor. VIII, ΨΗΦΙΣΜΕΝΗΣ Casim.). Probabile est litteras fuisse ΣΕΩ; Vallambertus habet ЄCω — 7 EPICVRIVS Pont. ap. Met. et Vallamb., EPICVREVS Pont. ap. Ligor. VII. — Latina spuria iudicabat Mommsen IRN p. 27, sed nuper admisit genuina esse, et praescribit Corradus 'eodem in saxo idem epitaphium'.

Εὐκρατίδας Πεισιδάμου | Ῥόδιος, | φιλόστεφος Ἐπικούρειος, | τὸν τόπω τῆς Βρενδεσίνων βουλῆς | εἰς ταφὴν ψηφισαμένης.

---

675 Brundisii.

ΓΕΟΡΓΙΑΣ
ΕΝΙΑΥΤΩΝΝ

Γεοργίας ἐνιαυτῶν ν'.

Habet Io. Bapt. Casimirus epistula apologetica ad Q. Mar. Corradum 1567 (ms. bibl. Brund.). Inde Franz add. p. 1254 n. 5783*d* missam a Mommseno.

---

676 Ad Brundisium rep. a. 1842 in vicinia hypogaei.

ΔΑΜΟΚΗΑ
ΤΗC
ЄΖΗCЄ · ЄΤΗ
ΛΑ

Descripsit Io. Tarantini. Lege *Δαμοκ[ρ]άτης ἔζησε ἔτη λα'.*

---

677 Brundisii apud Villanovam Momms., ubi non repperi.

CΙΡΗΝΑΙ
ΑΝΝΙΟΥ
ΚΥΠΡΙCΕΖ
ЄΤΗΚΓ

Εἰρηναῖ[α] Ἀννίου Κύπρις, ἔζ[η] ἔτη κγ'.

Descripsit Mommsen. Edidit Imm. Mola *giorn. letterario di Napoli* 1798 m. Ian. et Febr. Ex schedis Mommseni Franz add. p. 1254 n. 5783*b*.

---

678 Brundisii.

HERACLAS
HERACLIDV
ALEXANDREVS
VIXITAN·L·HS

Ex ectypo a Tarantinio misso Fiorelli *notizie degli scavi* 1880 p. 45.
Ἡρακλᾶς Ἡρακλ(ε)ίδου Ἀλεξανδρεύς, vixit an(nis) L, h(ic) s(itus).

---

679 Brundisii repertus lapis calcaris, nunc apud Ioannem Tarantini archidiaconum.

ΚΥΡΙωΝ Η
ΡΑΚΛΙΔΟΥ
ЄΖΗCΕ ΕΤΗ
Μ

Κυρίων Ἡρακλίδου ἔζησε ἔτη μ'.

Misit apographum Henzeno Tarantini a. 1874.

---

680 Brundisii apud Villanovam.

ΟΥΑΛЄΝΤΙ
Ρ · ΧωΡ · Α
ΥΜΙΔωΝ
ЄΡΓ · ΤΗC
5 ΦΥΛΙΑC
ΝΟΔωΡΟC
ΠΑΤΡωΝΙ
ΗCΧΑΡΙΝ

Descripsimus Mommsen et ego. Ed. Immanuel Mola *giorn. letterario di Napoli* 1798 m. Ian. et Febr. Ex schedis Mommseni Franz add. p. 1254 n. 5783c.

.. Οὐάλεντι [π]ρ(αιφέκτῳ) χώρ(της) α' [Ν]ουμιδῶν [ἐκ] Πέργ(ης) τῆς [Πα]μφυλίας [Ἀλ]εξάνδρος [τ]ῷ πάτρωνι [μνεία]ς χάριν.

'Privilegium a. p. Chr. 178 (ephem. epigr. IV 504) datum est militibus cohortis I Flaviae Numidarum, quae est Lyciae Pamphyliae' Momms.

---

681 Brundisii repertum, nunc in bibliotheca.

ΦΡΟΝΤωΝ
ΔΙΚΙΤΗCCΥΡΙΑ
ΟΗ · CCΝΚΛC · Α
sic ΑΔCΑΦΟC
5 ΜΗCΧΑ

Descripsi.

Φρόν[τ]ων[ι Λαο]δικῖ τῆς Συρία[ς ἐπ]όησεν Κλα... ἀδελφὸς [μνή]μης χά[ριν.

Λαοδικῖ supplevit Mommsen.

682 Repertum Brundisii a. 1802.

ενθαδεκειταιθρειξφερτατοσηρωσψ'σωσεατιφυιεν
ησυχαζεσυλαιεντιτεχωνειεγαροινιθειοσανηρ-θ
τληημακροντοικαττθανενουτουτημαπηκαιαναπηκατητεσδα
χαρανειαπιεγυιτιστητανασιτ . . ποιας χθον
5 ριοννικολαιοτουλεγωτεταγαθουκαιδεθοντουσυσλα
ληπιαατητουπερευτασυκουριουσπαονιαξιολαιαξωικιν
παικηιουσονουκαστιουαρανθρωπαιι

Sic scriptum extat in schedula Io. Baptistae comitis de' Tomasi Gallipolitani, quam dedit Mommsen, nisi quod verborum distinctionem et interpretationem ab illo institutam omisi. Sed iuvat specimen saltem operae exhibere, velut v. 1 ita legit: ἔνθα δὲ κεῖται Θρεὶξ. φέρτατος ἥρως, ψ'. Σῶς ἔα τι φυῖ ἔν, itaque vertit: *hic sane iacet Thrax, praestantissimus heros. DCC (septingentesimo anno). Integer robore quidem dixit unum.* Fuit sine dubio carmen sepulcrale, quod mihi non contigit ut in ordinem redigerem; v. 1 desinebat in φέρτατος ἥρως, v. 2. 3 fortasse εἶχεν ἐπὶ μεγάροισιν | θεῖος ἀνὴρ — μικρὸν τοι κάτθανεν οὗτος . . . ., v. 4 ὑπὸ μόχθων, v. 5 υἱὸν Νικολάοιο γεγῶτα ἀγαθοῦ -; v. 7 παισὶ θεῶν· οὐκ ἔστι παρ' ἀνθρώποισι - -. Litterae fuerunt Є C Ω.

---

683 Brundisii prope monasterium quod olim fuit Cappucinorum fragmentum lapidis calcaris repertum.

Ω
ЄΡΩ
χ Α Ρ Ι Ν
ΡЄ C Τ Η C
5 ΛC Ш Α Κ Є Δ Ο ν

Tarantini apud Fiorellium *notizie degli scavi* 1884 p. 398.

684 Prope Brundisium repertum fragmentum; *questa lapide è stata certamente alquanto mutilata nella parte superiore in tempo remoto, onde poteria adattare a servir di soglia di qualche uscio campestre.*

Є Ρ Ͱ Α
Є Ι C Ω
οἴ Κ Τ Ο Ι C
γλυκ Υ Ν Α Ν Δ Ρ Α
5 C Υ Ν Ο Ш Є Υ Ν Ο Ν
C Α Ο C
Ν
Λ Ι
Ο Ν Η

Descripsi ex ectypo misso ab Ioanne Tarantini. Ex lapide idem Tarantini in epistula ad Mommsenum data d. 20 m. Aug. a. 1884, editque apud Fiorellium *notizie degli scavi* 1884 p. 281.

1 ЄΡͰΑ sive ЄΡΚΑ Tarant. in epist., _ΠΑ id. ed.; ego primam litteram in ectypo non vidi — 8 Ν Tarant. — 9 ЄΣ. . . . ΙΗ Tarant. epist., *////* Ω id. ed.

Reliquiae sunt carminis sepulcralis.

II. RELIQVA APVLIAE ORA.

685 Gnathiae (prope *Fasano* oppidum) repertus caduceus aeneus.

ΓΝΑΘΙΝΟΝ

Edidit Minervini *bull. dell' inst.* 1845 p. 44. Hinc Franz 5781.

Exspectarem Γναθίνων [δαμόσιον].

---

686 Caeliae (nunc *Ceglie di Bari*) in margine lapidis, cui medii aevi titulus insculptus est.

ΑΓΥΤΟΣ

Descripsit Mommsen.

687 Barii in aedicula reperta a. 1834 *nel suolo censito a Vito Michele de Natale dove è adesso la strada Melo* Petr. Ego frustra quaesivi.

ΝΕΠΩΣΚΑΛ
ΑΙΧΡΥΣΟΥΒΥ
ΖΑΝΤΙΟΣ
ΖΗΣΑΝΤΙΕΤΗ
5 ΚΕ
ΜΗΝΕΣΓ·ΗΜΕ·ΙΕ·

varii strumenti di falegname

Edidit Petroni *storia di Bari* I 29. Ex Mommseni schedis (cui dedit Ios. d' Addosio) Franz add. 5875*a*[1].

Νέπως Καλ[λ]ιχρύσου Βυζάντιος, ζήσαντι ἔτη κε', μῆνες γ', ἡμέ(ρας) ιε'.

III. VENVSIA (*Venosa*).

Cf. Mommsen CIL IX p. 44. 660.

Qui in coemeterio Iudaico Venusiae a. 1853 detecto reperti sunt tituli Graeci, eos omnes Mommsenus l. s. p. 660 sqq. accurate iterandos curavit ex duobus qui in tabulario musei Neapolitani extant commentariis manu scriptis, altero Stanislai d' Aloe, altero Paschalis de Angelis (cf. Ascoli *atti del IV Congresso internazionale degli Orientalisti tenuto in Firenze nel Settembre 1878* vol. I Flor. 1880 p. 239 sqq.). Itaque ego ne acta agerem hos titulos omittendos esse duxi.

688 Venusiae basis *nel cantone della casa de' Vitagliani, posseduta da' Bagnuoli* Cim.

ΗΛΙΩ
ΜΙΘΡΑ
ΥΠΕΡϹΩΤΗΡΙΑϹ
ΒΡΙΙΙΙΟΥΠΡΑΙ
ϹΕΝΤΟϹ
ϹΑΓΑΡΙϹΟΙΚΟ
ΝΟΜΟϹ

Cimaglia antiquit. Venusinae (1757) p. 185, cf. p. 191 adn. 2, qui descripsisse ait etiam Matthaeum Aegyptium. A Cimaglia acceptum apographum ed. Gennaro Grande *nomi gentilizi* p. 17. Denuo Lupoli iter Venus. (1793) p. 284. Repetiit Franz add. 5875 a^2.

4 ΒΡΗΠΟΥ Cim. ed. ΒΡΙΙΠΟΥ Cim. apud Grandium. — Litterarum formas dedi ex Lupulo.

Ἡλίῳ Μίθρᾳ ὑπὲρ σωτηρίας Βρ[εττ]ίου Πραίσεντος Σάγαρις οἰκονόμος.

Cf. titulus Latinus CIL IX 425 Mercurio invicto pro eiusdem Brittii Praesentis salute ab eodem Sagari actore eius positus.

IIII. AECLANVM (*le Grotte prope Mirabellam*).

Cf. Mommsen CIL IX p. 98 sqq.

689 Mirabellae *via S. Biagio* n. 8.

Γ·ΣΑΛΟΥΙΟΣ·ΑΤΤΙΚΙΑΝΟΣ
ΑΡΧΙΑΤΡΟΣ·ΠΟΛΕΩΣ·ΑΝΑΘΗΜΑ
ΘΕΩΙ · ΑΣΚΛΗΠΙΩΙ·

Descripsit Dressel. Guarini *fasti duumvir. di Pompei* (1837) p. 217. Ex schedis Guarinii Braun *bull. dell' inst.* 1837 p. 19. Hinc Franz 5877 et adhibitis schedis Mommseni add. p. 1261.

Γ(άιος) Σάλουιος Ἀττικιανὸς ἀρχίατρος πόλεως ἀνάθημα θεῷ Ἀσκληπιῷ.

690 Aeclani.

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗϹ
ΚΑΝΔΙΤΑ
ΤΗΦΙΛΗ ❦

Πολυνείκης Κανδίτᾳ τῇ φίλῃ.

Guarini commentar. XII (1830) p. 10. Ex Brunnii apographo Franz add. 5877 b^1.

V. BENEVENTVM (*Benevento*).

Cf. Mommsen CIL IX p. 136 sqq.

691 Ad vicum S. Nazari prope Beneventum repertum fragmentum litteris elegantibus inscriptum. Est apud Vincentinum Soricelli ibidem.

ΛΗΤΑΙΔΕΕΝ
ΥΣΤΑΡΧΟΥ
ΛΠΙΟΥΙ

Descripsit Dressel in schedis; ex eisdem Mommsen CIL IX ad n. 1663.

3 ΛΓΙΟΥΙ Momms. ed. Fortasse Οὐλπίου nomen fuit.

692 Beneventi repertus lapis a 1779 dum restauratur pons Caloris Amad.

ΙΑΕ·Υ·Τ·Υ·ΧΗΧ·Α·ΙΡΕ

....ια Εὐτύχ[η] vel Εὐτυχ[ιανή] χαῖρε.

Ex schedis Amadutianis bibl. Savign. a Mommseno missis Franz add. 5875 *f*.

693 Moiani in oppido (apud Beneventum) fragmentum repertum.

ΛΩ
ΩΝ

Fiorelli *notizie degli scavi* 1884 p. 225.

PARS QVARTA.

C A M P A N I A.

I. SALERNVM et *AMALFI*.

Cf. Mommsen CIL X p. 61 sqq.

694 Prope Salernum repertum vas aeneum, post apud Raphaelum Barone Neapolitanum. Posidoniae adscribit Roehl.



Δυμεσάδα.

Edidit Minervini *bull. Napol.* n. s. IV (1856) p. 164 tab. X 1. Inde Roehl IGA 545.
Nomen incertae originis.

---

695 Tramonti (apud Salernum) in pago Cesarano reperta a. 1514.

```
Ɔ L Y M P I A
CVS DEPOSITI
PAC ✝ E VLPIVS
XIII CALENDAS
A ✻ ω
```

hic figura iuvenilis paludata manu dextera expansa, sinistra palmae ramusculum gestans, capite diademate redimito cui signum ☧ imminet, ad pedes habet litteras D N S.

hic columba

hic litterae hinc inde ab altera figura sic:

```
· Γ · Τ · .
Ο Α Ρ Ι
ϕ
Ο
Ο
```

Pelliccia de eccl. christ. politia III 1 p. 359, ubi editur commentarius de hoc lapide scriptus a. 1515; inde Mommsen CIL X 668.

Probabiliter Pelliccia Graeca legit ὁ ἅγ(ιος) Τρίφων (i. e. Τρύφων), sed iure dubitat Mommsenus num haec in eodem lapide extiterint.

696 Salerni in templo monachorum Montis Oliveti in gradu quo ascenditur ad sacrarium.

```
ΕΤΗΛΕΥΤΗϹΕΝ ϕ Ι Λ Ο V . . . .
ΚΑΛ · ΜΑΙωΝ . Η Μ Ε Ρ Α Α ϕ . . .
. . . . Μ Ε Ρ Ι Ν Η          S̄ . . . .
```

Giovenazzi addidit ad marginem libri Lupiani epitaph. Severae p. 101.
Ἐτ[ε]λεύτησεν Φιλο[.... τῇ πρὸ ..] καλ(ανδῶν) Μαίων ἡμέρᾳ Ἀφ[ροδί]της, ζήσασ .....
Potest nomen fuisse Φιλούμενος vel Φιλουμένη, sed neque hoc certum nec certa dierum nota v. 3 ([ἡ]μερ..).

---

697 Amalfi.

```
✝ ЄΓΚЄΝΗϹΘΗΤΟϹЄΠ
ΤΟΝ · ЄVΚΤΗΡΙΟΝΤΟ
ΤΡЄΙϹ · ΟΛΒΙΟVΜΑ
ΤVΡΟϹ · ΟVΑΡΟV
ΤΙϹΙЄΡΑΡΧΙΑϹϹΤ
ΝΟVΤΟVΑΤΙωΤΑΤ
ЄΠΙϹΚ · ΤΝϹΝϹΑΠΟ
ΤωΝΠΟΛЄΟϹ|Η|
ΤωΒΡΙω . . .
```

Gaet. Mansi *novelle Fiorent.* 1771 II 294 ligno incisam ex libro ms. *memorie raccolte dal sig. D. Marcello Bonito marchese di S. Giovanni Amalfitano patrizio, che si morì nel 1711, le quali ora si serbano dal principe di Casapisella D. Vincenzo Bonito;* inde Kirchhoff CIG IV 8663.
Ἐγκαινίσθη τὸ σεπτὸν εὐκτήριον το[ῦ] τρισολβίου μά[ρ]τυρος Οὐάρου [ἐπὶ] τ[ῆ]ς ἱεραρχίας Στ[εφά]νου τοῦ ἁ[γ]ιωτάτ[ου] ἐπισκ(όπου) τ[ῆ]ς Νεαπο[λει]τῶν πόλεως μη(νὶ) [Ὀκ]τωβρίῳ ....
Supplevit Mansi, qui Stephanum eum intellegit qui saeculo VIII exeunte (767—799) episcopus Neapolitanus fuit. Praeterea duo eiusdem nominis episcopi fuerunt, alter circa annum 500, alter ab anno 903 ad 911 (Gams, series episcoporum eccl. cathol. p. 904) sacro munere functus. Vari sanctuarium quo tempore restitutum sit, eo minus definiri potest quod eius sacra, ut monuit Ernestus Bernheim collega, illis regionibus culta esse nullo alio testimonio constat. V. 9 Mansi supplevit ἡμέρᾳ ιϛ', quo quidem die Diocletiano imperatore in Aegypto passus est Varus (acta sanct. VIII 423).

II. SVRRENTVM (*Sorrento*).

Cf. Mommsen CIL X p. 76 sqq.

698 Surrenti in aedibus archiepiscopalibus GVD., in ecclesia maiori CAP.

Δ · Є · M
A Y P H Λ I O Y C
I N Π Є T P A T O Y C
B · K · M · B Є I Ʒ · A N O
N · M N Ʒ Є C · ʕ · Δ Є I · N
K O Z O Y C I M B Є I A · Є I
P H N A M A P I T O B Є N Є
M Є P Є N T I ɸ N
K Є T

Sic fere Gudius sched. p. 116. Inde Mommsen IRN 2143. CIL X 719. Minus accurate et versibus non divisis Capaccius hist. Neap. (ed. 1607) p. 508 (ex hoc Reines. XIV 30 et Franz 5870, cf. add. p. 1260).

2 AYPIAIOYC Cap. — 4 BEI..ANO Cap. — 5 H·MH ZEC·S·ΔЄI·N Cap. — 6 sq. EIPHNA Cap. ЄIPHN Gud. — 8 sq. IN·KET Cap.

Legendum ex Reinesii Franzii Mommseni emendatione sic:

De(is) m(anibus). Aurelius Inpetratus, b(eteranus) c(lassis) M(isenensis) vix(it) an(n)o(s) ν', meses ϛ', dei(es) η', coiux impia (? *Mebia* coni. Wilamowitz) *Eirena marito benemerenti fecit.*

III. STABIAE (*Castellamare di Stabia*).

Cf. Mommsen CIL X p. 84 sqq.

699 Ibidem (i. e. Stabiis) reperta, nunc (Castellamare) in aedibus Caes. Coppulae CAP.

D · M ·
P · A E L I O · A V D A C I · E Q V E S · I N A Y G · I V R
M · V L P I V S · L · F · S I I · C · I V L I V S · P R O B V S
H · B · M · F
Θ E Λ Ω · T Y X H Σ · Σ T A Λ . . .
A Γ M Ω N . H · ɸ P E N Ω N Γ I Θ O N

Edidit Capaccius hist. Neap. (ed. 1607) p. 473. Inde Reines. VIII 2; Bart. Capasso *topogr. della penisola Sorr.* (1846) p. 74; Franz 5868, add. p. 1260; Mommsen IRN 2175 et CIL X 775. Repetii epigr. gr. 1112.

Versus male divisi. — V. 2 sq. Mommsen: EQ·SI*ng*·AVG·*i*VR | M·VLP·IVS*tini* |

Θέλω τύχης σταλαγμ[ό]ν ἢ φρενῶν [π]ίθον.

Graeca casu adhaesisse titulo Mommsenus putat, recte fortasse; versiculus fertur inter sententias Menandreas v. 240 M, ab aliis aliis tribuitur.

700 Stabiis reperta, nunc Neapoli in aedibus Caesaris Coppulae CAP. DON.

M Y P I N O C · K A I · Y Γ I E I A · Θ E O T I M Ω I
T Ω I · Y I Ω I · E T Ω N · I Γ · M N H M H C · X A P I N

Sic Donius Marucell. A 188 ex adversariis Ach. Statii bibl. PP. Oratorii et schedis Manutii Vaticanis (in neutris ego inveni). Eodem sine dubio exemplo edidit Capaccius hist. Neap. (ed. 1607) p. 473 (hinc Reines. XII 59; Genn. Grande *cognomi gentil.* p. 17; Bart. Capasso *topogr. della penisola Sorr.* (1846) p. 74; Franz 5867).

Versuum divisio vix vera.

Μύρινος καὶ Ὑγίεια Θεοτίμωι τῶι υἱῶι ἐτῶν ιγ' μνήμης χάριν.

IIII. POMPEII.

Cf. Mommsen CIL X p. 89 sqq.

701 Pompeis reperta basis d. XV m. Aug. a. 1818 in templo Iovis opt. max. Fior. Nunc Neapoli in museo.

ΓΑΙΟΣΙΟΥΛΙΟΣΗΦΑΙΣΤΙΩΝΟΣ
ΥΙΟΣΗΦΑΙΣΤΙΩΝΙΕΡΑΤΕΥΣΑΣ
ΤΟΥΠΟΛΙΤΕΥΜΑΤΟΣΤΩΝΦΡΥ
ΓΩΝΑΝΕΘΗΚΕΔΙΑΦΡΥΓΙΟΝ
LΚΖΚΑΙΣΑΡ ΦΑΡΜΟΥ ΣΕΒΑΣΤΗ

Vidi, sed accuratius legere non potui. Dedi Fiorellii apographum ex libro *descrizione di Pompei* (1875) p. 255; minus accurate idem in antiquit. Pompeianarum hist. (1860) p. 212; de Iorio *plan de Pompei* (1828) tab. IV 2; Gervasio *intorno alla iscriz. Puteolana de' Lucci* (1851) p. 79; Franz add. 5866c; Fiorelli *catal.* 76. Cf. Boeckhii epistula in *bull. Nap.* n. s. I 158 (1852).

Γάιος Ἰούλιος Ἡφαιστίωνος υἱὸς Ἡφαιστίων ἱερατεύσας τοῦ πολιτεύματος τῶν Φρυγῶν ἀνέθηκε Διὶ Φρυγίῳ L *κζ' Καίσαρ(ος) Φαρμου(θὶ) Σεβαστῇ.*

Annus est u. c. 751. Vidit Boeckhius, id quod nunc exploratum est, singulorum mensium dies primos tam in Aegypto quam in Asia appellari solitos esse Augusti.

702 Pompeis reperta a. 1765 statua Mart. Sub anaglypho (Ceres, sus, ara) Venetiae in bibliotheca S. Marci Rinck.

ΤΕΡΕΝΤΙΑΠΑΡΑΜΟΝΗΙΕΡΕΙΑ
ΔΗΜΗΤΡΟΣΘΕΣΜΟΦΟΡΟΥ

Ed. ex Amadutii epistula ad Io. Lamium m. Febr. 1766 scripta (cf. *nov. lett. di Firenze* 1766 p. 122) Martini *das gleichsam auflebende Pompei* (1779) p. 330 cf. p. 174; Rinck *Kunstblatt* 1828 n. 41. Ex schedis Rinckii Franz 5865.

1 ΠΑΡΟΜΟΝΗ Mart.

Subiecit Martini Latinam interpretationem maiusculis litteris scriptam, quam abieci. Martinii vel Amadutii esse vel eo patet quod eodem vitio PAROMONE vertitur.

Τερεντία Παραμονὴ ἱέρεια Δήμητρος Θεσμοφόρου.

703 Pompeis reperta opera musiva duo, nunc Neapoli in museo; in utroque idem titulus.

ΔΙΟΣΚΟΥΡΙΔΗΣΣΑΜΙΟΣΕΠΟΙΗΣΕ

Διοσκουρίδης Σάμιος ἐποίησε.

Descripsi. Edidit Winckelmann *trattato prelim.* p. XCVII; inde Franz 5866b. *Antichità di Ercolano* VI (*bronzi* I) 159. *Museo Borbonico* IV 34.

704 1. Pompeis insulae quintae in domo quadam repertum monopodium, cuius in crepidine insculptum

ΣΑΡΑΠΙΩΝΟΣ


2. Ibidem repertum alterum monopodium, cuius in basi marmorea legitur

ΣΑΡΑΠΙΩΝΟΣ

Fiorelli *notizie degli scavi* 1882 p. 324. 360.

Σαραπίων fortasse opificis nomen.

705 Pompeis repertum horologium solare a. 1865; nunc Neapoli in museo nimis alte suspensum.



Contuli partem sinistram, dextram legere non potui. Fiorelli *giorn. di Pompei* 1865 p. 14; idem catal. 77.

Vocabula compendiose scripta facilia sunt intellectu: *ἰσημερ(ινός), τροπ(ικὸς) θερ(ινός), τροπ(ικὸς) χειμ(ερινός). τοξ(ότης), αἰγ(όκερως). σκο(ρπίος), ὑδρ(οχόος). ζυγ(ός), ἰχθ(ύες). παρ(θένος), κρι(ός). λέω(ν), ταῦ(ρος). καρ(κῖνος), δίδ(υμοι).*

Ceterum cf. CIG III 6179 adnot.

706 Pompeis inter portam Sarni et Nolanam lapis quadratus in muro aggeris.

ΛΟΛΛΙΑ
ΧΗΛΕΙΔΩΝ

Vidit Mommsen (IRN 6307, 76) recognitamque ab Augusto Mau iteravit CIL X add. p. 1007 n. 8355. Edidit Mazois *les ruines de Pompei* I tab. 12 p. 36; Minervini *bull. neapolet.* n. s. III (1854) p. 57; Zangemeister CIL IV 2498 tab. 39, 22.

2 'sic, non ΧΕΙΛΕΙΔΩΝ' Mau.

Titulus est sepulcralis, cf. Nissen *Pomp. Stud.* p. 482.

V. HERCVLANEVM (*Resina*).

Cf. Mommsen CIL X p. 156 sqq.

707 Herculanei a. 1753 reperta protome aenea, deinceps Panormum translata. Postea Neapolin rediit, ubi extat in museo.

ΔΗΜΟϹΘΕΝΗϹ

Descripsi. *Antichità di Ercolano* V (*bronzi* I) tab. 11. 12 coll. p. 51; denuo delineandam curavit (Panormi) Visconti *iconogr. gr.* tab. 30, 3 coll. vol. I 258; repetiit Franz 6036.

Δημοσθένης.

708 Herculanei reperta protome parva aenea, nunc in museo Neapolitano.

ΕΠΙΚΟΥΡΟϹ

Descripsi. *Antich. di Ercol.* V (*bronzi* I) tab. 19. 20 coll. p. 77; denuo Visconti *iconogr. gr.* tab. 25, 1 coll. vol. I 213; repetiit Franz 6042.

Ἐπίκουρος.

709 Herculanei reperta protome parva aenea; extat in museo Neapolitano.

ΕΡΜΑΡΧΟϹ

Descripsi. *Antich. di Ercol.* V (*bronzi* I) tab. 17. 18 coll. p. 71; denuo Visconti *iconogr. gr.* tab. 26, 1 coll. vol. I 216; repetiit Franz 6045.

Ἕρμαρχος.

710 Herculanei reperta protome parva aenea, nunc Neapoli in museo. Vultus eosdem plane esse ac protomae marmoreae Romanae (v. infra) testatur Visconti.

ΖΗΝΩΝ

Descripsi. *Bronzi di Ercolano* V (*bronzi* I) tab. 15. 16 coll. p. 67; Gerhard-Panofka *Neap. ant. Bildw.* I 120.

Ζήνων est sine dubio stoicus; cf. Schuster *Portr. der griech. Philos.* (1876) p. 21 coll. tab. IV.

711 Herculanei reperta tabula marmorea picta (duae puellae astragalis ludentes, pone quas tres aliae adstant); nunc Neapoli in museo.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ
ΑΘΗΝΑΙΟΣ
ΕΓΡΑΦΕΝ

ΛΗΤΩ ΝΙΟΒΗ ΦΟΙΒΗ

5 ΑΓΛΑΙΗ ΙΛΕΑΙΡΑ

Descripsi. *Antichità di Ercolano* I p. 139 (in catalogo); inde Martorelli *thec. cal.* II 389 et Franz 5863 coll. add. Cf. Helbig *Wandgem.* 170*b*.

Ἀλέξανδρος Ἀθηναῖος ἔγραφεν. Λητώ. Νιόβη. Φοίβη. Ἀγλαίη. Ἱλέαιρα.

De artifice cf. Brunn *Gesch. d. K.* II 303.


712 Herculanei protome aenea (doryphori Polycletei imitatio) *ritrovata a 28 Maggio 1753 nelle scavazioni di Portici* Bay. Portici in museo Winckelm. Nunc Neapoli in museo. — In pectore titulus:

Α Π Ο Λ Λ Ω Ν Ι Ο Σ Α Ρ Χ Ι Ο Υ Α Θ Η Ν Α Ι Ο Σ Ε Π Ο Η Σ Ε

Ἀπολλώνιος Ἀρχίου Ἀθηναῖος ἐπόησε.

Descripsi. Bayard *catalogo degli antichi monum. di Ercolano* I 171; Martorelli thec. calam. II 426 de suo; *antich. di Ercolano* V 157 coll. tab. 45. 46; Winckelmann *Sendschr.* p. 36 et hist. art. V 2 p. 589; Franz 6137; ex ectypo Loewy *Inschr. d. Bildh.* 341. Cf. Dittenberger CIA III 420 coll. add. p. 495.

713 Herculanei repertum horologium solare, quod cum in solo diario Britannico editum extet, videtur olim in Britanniam asportatum esse. In museo Britannico non extare affirmavit Percio Gardner Murray.



Editum *literary Gazette* 1823 m. Mai. p. 284; repetiit Férussac *bull. des sciences hist.* 1824 I 230 (hinc Franz 5862).

Diarii Anglici cum in Germania nullum extare videretur exemplum (Berolini saltem et Gottingae frustra quaesivi), Adolphum Michaelis adii, quo intercedente Percy Gardner v. cl. parato animo meum in usum ex ipso diario ea excerpsit quae huc pertinent. Apparet autem ex his distichum notissimum quod tamquam in ipso lapide scriptum ediderat Franzius ab editore anonymo rei inlustrandae causa ex Anthologia Palatina adiectum esse. Est autem hoc (A. P. X 43):

Ἓξ ὧραι μόχθοις ἱκανώταται· αἱ δὲ μετ' αὐτὰς
γράμμασι δεικνύμεναι ΖΗΘΙ λέγουσι βροτοῖς.

Praeterea Gardnerus haec notavit: *there are two dials in the British Museum besides that mentioned in Hicks Attica no. LXXII, but both of them are uninscribed. Our writer* (i. e. editor anonymus) *is so unscientific that I should trust him as little as possible.*

VI. NEAPOLIS (*Napoli*).

Cf. Mommsen CIL X 170.

Neapolitanae civitatis nomen, quod Νεάπολις (sive Νεύπολις) vel Νεήπολις in nummis scribitur, ipsum prodit recentiorem aliquando urbem in vetustioris locum restitutam esse. Strabo (XIV p. 654) eumque secutus Stephanus Byz. p. 504 Rhodios narrant ante olympiadem primam cum alias Hiberiae Italiaeque urbes condidisse tum in Oscorum regione Παρθενόπην. Idem vero Strabo alio auctore usus (V p. 246) haec scribit: *μετὰ δὲ Δικαιάρχειάν ἐστι Νεάπολις Κυμαίων· ὕστερον δὲ καὶ Χαλκιδεῖς ἐπῴκησαν καὶ Πιθηκουσσαίων τινὲς καὶ Ἀθηναίων, ὥστε καὶ Νεάπολις ἐκλήθη διὰ τοῦτο· ὅπου δείκνυται μνῆμα τῶν Σειρήνων μιᾶς Παρθενόπης κτλ*, eodemque ex fonte Lutatius Daphnis (hist. Roman. fragm. ed. Peter 1883 p. 126) narrat *Cumanos incolas a parentibus digressos Parthenopen urbem constituisse, dictam a Parthenope Sirena, cuius corpus etiam* ... Et Cumanam originem spondent testes longe optimi, nummorum tituli et litteraturam Chalcidicam et dialectum Ionicam referentes (ΝΕΗΠΟΛΙΣ ΝΕΟΠΟΛΙΤΕΣ ΝΕΥΠΟΛΙΤΗΣ [Ν]ΕΟΠΟΛΙΤΕων). Pergit Lutatius narrare, *postquam ob locorum ubertatem amoenitatemque magis coepta sit frequentari, veritos ne Cymaeam desererent, inisse consilium Parthenopen diruendi. post etiam pestilentia affectos ex responso oraculi urbem restituisse sacraque Parthenopis cum magna religione suscepisse, nomen autem Neapoli ob recentem institutionem imposuisse.* Itaque nihil obstat quominus antiquiorem urbem Rhodios condidisse, postea dirutam nomine novato restituisse Cumanos credamus; factum hoc saeculo fere sexto. Erravisse autem videtur Strabo (p. 246) eo quod Cumanos a Chalcidensibus diversos putabat esse, Lutatius vero eo quod etiam priorem urbem a Cumanis constitutam tradidit. De nomine urbis vetustioris probabiliter ita statuit Mommsenus ut nomen Φάληρον (Φαλήρου τύρσις Lycophr. Alex. 717 indeque Steph. B. p. 656) a campis Falernis ad oppidum translatum esse diceret, Παρθενόπην autem nomen pariter inter fabulas referendum esse atque ipsam Sirena. Etiam de nomine *Palaepoli*, quod res ipsa fert ut recentius esse existimemus Neapoli, disputavit Mommsenus et hoc sine dubio effecit ut *Palaeopolitanorum rem publicam a Neapolitana diversam nullam unquam fuisse* pro certo iam sit.

Quod ait Strabo praeter Chalcidenses etiam ex Attica reipublicae Neapolitanae cives accessisse, id eo minus dubitari potest, quod inde ab saeculo quinto medio nummi Neapolitani plane sicut Thurienses Minervae caput galeatum impressum habent. Hoc qui adnotavit Belochius (*Campanien* p. 30) attulit etiam Timaei testimonium servatum in scholiis ad Lycophr. 732 (= fr. 99): Τίμαιός φησιν Διότιμον τὸν Ἀθηναίων ναύαρχον παραγενόμενον εἰς Νεάπολιν κατὰ χρησμὸν θῦσαι τῇ Παρθενόπῃ καὶ δρόμον ποιῆσαι λαμπαδικόν, ὅνπερ λαμπαδικὸν ἀγῶνα καὶ δρόμον οἱ Νεαπολῖται ἐτησίως ἐτέλουν ... Διότιμος δὲ εἰς Νεάπολιν ἦλθεν ἐπὶ στρατηγὸς ὢν τῶν Ἀθηναίων ἐπολέμει τοῖς Σικελοῖς. Quem quidem Diotimum Strombichi filium Euonymensem fuisse eum qui a. 432 cum

classe Corcyram missus est (Thuc. I 45. VIII 15. CIA I 179), minime constat; sed hoc apparet Athenienses tunc temporis haud mediocri sive auctoritate sive honore apud Neapolitanos fuisse. Anno 427 vel 419 Cumanorum urbe a Campanis capta ac diruta quidquid supererat civium Neapolitae apud se receperunt plenamque eis civitatem concesserunt (*πάντων ἐποιήσαντο κοινωνοὺς τῶν ἰδίων ἀγαθῶν* Dion. Hal. 15, 6 coll. Diod. 12, 76, 5); horum fortasse fuit phretria Κυμαίων (infra n. 721). Quarto deinde saeculo factum est quod Strabo narrat (V p. 246): *ὕστερον δὲ Καμπανῶν τινας ἐδέξαντο συνοίκους διχοστατήσαντες καὶ ἠναγκάσθησαν τοῖς ἐχθίστοις ὡς οἰκειοτάτοις χρήσασθαι, ἐπειδὴ τοὺς οἰκείους ἀλλοτρίους ἔσχον. μηνύει δὲ τὰ τῶν δημάρχων ὀνόματα τὰ μὲν πρῶτα Ἑλληνικὰ ὄντα, τὰ δ' ὕστερα τοῖς Ἑλληνικοῖς ἀναμὶξ τὰ Καμπανικά.* Hae enim civiles discordiae potissima causa fuerunt cur populus Samnitum auxilio fretus contrario optimatum consilio spreto bellum contra Romanos pararent a. 328 (Dion. Hal. 15, 6. 7). Tertio anno post Charilai et Nymphii principum civitatis proditione (Liv. 8, 25) urbs capta a Romanis et ita foedus factum est, ut suis legibus Neapolitani uti pergerent et navibus tantummodo rem Romanam belli tempore adiuvarent. Inde ab illo tempore primas in civitate partes ei agebant qui ut Graecam urbis formam atque indolem servarent Romanis favebant, et non solum, ut Velleius ait (I 4), Neapolitanorum *eximia semper in Romanos fides*, sed insignis etiam Romanorum adversus illos observantia fuit. Romanam civitatem sibi oblatam Neapolitani cum *magna pars foederis sui libertatem anteferret* (Cic. pro Balbo 8, 21) diu cunctati ita acceperunt, ut Graeci tamen manerent.

Quanto autem opere Neapolitani in Graecis moribus institutisque servandis perseverarint, luculenter exposuit Mommsenus l. s. p. 171, decretis publicis maxime nisus etiam Flaviorum aetate Graeca lingua scriptis. Quamquam, nisi fallit iudicium, apud Neapolitanos Graece scribendi ars et peritia paullo magis degenerasse videtur quam apud alios illius aetatis Graecos, id quod nemo mirabitur in tanta Graecorum hominum solitudine; nam *νυνί*, ait Strabo p. 253, *πλὴν Τάραντος καὶ Ῥηγίου καὶ Νεαπόλεως ἐκβεβαρβαρῶσθαι συμβέβηκεν ἅπαντα* (i. e. *τὰ τῆς μεγάλης Ἑλλάδος*). Etiam municipium postquam facta est Neapolis, Graeca permansit rei publicae forma, ut magistratibus institutisque Romanis nomina Graeca antiqua accommodarentur.

Omnes cives in phretrias distributi erant, quarum quidem de numero non constat. Nomina certa innotuerunt haec: Ἀρισταῖοι, Ἀρτεμίσιοι, Εὐμηλίδαι, Εὐνοστίδαι, Θεωταῖδαι, Κρητωνδαι, Κυμαῖοι, Πανκλεῖδαι. Accedit his phretria Antinoitarum ex titulo Borillensi (Wilmanns 664), aetate Hadriana instituta. Titulus positus est *P. Suffenati P. f. Pal. Myroni — fretriaco Neapoli(tano) Antinoiton et Eunostidon*, unde cur Beloch p. 42 collegerit Eunostidarum phretriam postea novo nomine Antinoitarum appellatam fuisse, non assequor. Suffenas fortasse duabus phretriis adscriptus erat, uti saepissime singuli homines a pluribus urbibus honoris causa civitate donari solebant. Dubium est eius phretriae nomen, quae L. Herennium Aristum titulo (infra n. 741) honoravit. Traditur ex Capaccii qui solus vidit apographo *ἡ φρητρία* ΗΟ ΝΙΟΝΑΕΩΝ, et ex Reinesii coniectura restituunt *ἡ φρητρία Οἰνωνέων*, sed non minus probabiliter emendari poterit Κρητωνδῶν, ut antiqua forma Ionica servata sit plane ut in nummis sequioris aetatis scriptum invenitur Νεαπολιτέων. Item dubia est phretria, si quidem est phretria, quae Helenae Augustae, si recte Capaccius coniecit, titulum infra n. 730 posuit: *τῇ θειοτάτῃ καὶ εὐσεβεσ|τάτῃ Σεβαστῇ* … | ΦΡ…. | ΕΥΜΕΙΔΑΕ, ubi Ignarrae auctor ΕΥΗΡΕ in lapide sibi agnovisse videbatur. Phretriacis praeerat *φρητάρχος* (n. 759), pecunias administrandi curam alii magistratus egisse videntur, *ὁ φροντιστής, οἱ χαλκολόγοι, οἱ διοικηταί*. Conveniebant phretriaci *ἐν τῷ φρητρείῳ* vel *ἐν τῇ φρητρίᾳ* (cf. tit. 748), conventus ipse *ἄγαρρις* nominabatur (non certe *ἀγαρρίς*, quod contra Hesychii editorem moneo, nam tertius casus est *ἀγάρρει*, cf. n. 759). Agebatur autem in his conventibus de honoribus tribuendis, de pecuniis recte collocandis, de sacris rite faciendis in honorem deum phretorum vel phretriorum. Nam etsi fortasse non omnes phretriae deum patrium habebant, sicut Eumelidarum Εὔμηλος fuit *θεὸς πατρῷος* (n. 715), Artemisiorum sine dubio Diana, Antinoitarum Antinous, tamen sui singulis phretriis omnibus fuerunt *θεοὶ φρήτριοι* vel *φρήτορες*, quorum sacra aetate imperatoria interdum cum dis Augustis coniuncta fuerunt (n. 723 *θεοῖς Σεβαστοῖς καὶ θεοῖς φρητρίοις Θεωταδαι*).

Summus magistratus apud Neapolitanos demarchi fuerunt sive unus seu plures: nam etsi in tabulas, quibus Strabo p. 246 eiusve auctor utebatur, unius sine dubio nomen referebatur, tamen hinc unum omnino fuisse non efficitur. Nomen demarchiae retinebatur etiam tum cum in municipii formam redacta est civitas durabatque ad quartum usque saeculum (cf. CIL X 1492). Sed de antiqua Neapolitanorum rei publicae forma nihil omnino compertum habemus, ea si exceperis quae parum gravia narrat Dionysius XV 5—7. Municipio postea praefuerunt ut par est IIviri iuredicundo cum duobus aedilibus: *ἄρξας [τὴν] τεσσάρων ἀνδρῶν* Seleucus Seleuci f. est in titulo n. 745. Eidem sine dubio intellegendi sunt *ἄρχοντες*, qui uti Romae consules ad senatum referunt in titulo Tettiae Castae n. 760 v. 13 *περὶ οὗ προσανήνεγκεν τοῖς ἐν προσκλήτῳ Φούλβιος Πρόβος ὁ ἄρχων* coll. v. 18 et v. 6, ubi *ὁ ἀντάρχων* archontis munere fungitur. In Octavii Caprarii titulo (n. 758) *οἱ ἄρχοντες* (i. e. duoviri) apud senatum verba faciunt. Hi igitur IIviri in nominis demarchorum honorem successerunt, et hac ipsa ex re magnum illud antiquitatis colendae studium apparet, quod qui duumviratu functi sunt omnes *δημαρχήσαντες* (etiam in titulo Latino CIL X p. 1491 *demarchisas*) dicuntur; nam titulus apud Franzium 5799, ubi *ἀρχοντικός* reperitur, spurius est. Demarchiae honore praeter alios etiam Titus et Hadrianus (n. 729 et vit. Hadr. 19) perfuncti sunt. Praeter IIIIviros etiam quinquennalium exempla duo repperisse sibi visi sunt cum alii tum etiam Mommsenus, qua de re mihi aliter statuendum est. Titulo n. 741 phretores honorant L. Herennium Aristum *ἄρξαντα τὸν πενταετηρικόν*, ubi si quinquennalem dicere voluissent, scribere debebant *τὴν πενταετηρικὴν* (scil. *ἀρχήν*). Quid rei sit docebit alter titulus (n. 745), quem in eandem sententiam interpretati sunt: *οἱ πολῖται Σέλευκον Σελεύκου — ἄρχοντα τὸν διὰ πέντε ἐτῶν τιμητικὸν Ἀφροδίτης εὐνοίας [ἕνεκα] θεοῖς*, ubi quae lacuna indicatur in pessimo Capaccii apographo ante vocabulum Ἀφροδίτης ea nulla omnino est. Etiam hoc loco scribendum fuerat *τὴν διὰ πέντε ἐτῶν τιμητικήν* ad quaestorem quinquennalem recte significandum, ut taceam offensui esse quinquennalis nomen in titulo imperatoria aetate, nisi omnia fallunt, antiquiore. At ipsum nomen Veneris quod additum est documento est ludos Venereos quinquennales Seleucum curavisse: intellegendum igitur est *ἄρχοντα τὸν διὰ πέντε ἐτῶν τιμητικὸν (ἀγῶνα) Ἀφροδίτης*. Satis noti clarique hi ludi apud Neapolitanos fuisse videntur, si quidem in altero titulo breviter scriptum legimus *ἄρξαντα τὸν πενταετηρικόν* non addito deae nomine; necessarium plane est, ut alios paris dignitatis ludos quinquennales illic fuisse negemus. Iam vero inde ab anno p. Chr. n. altero in Augusti honorem *τὰ Ἰταλικὰ Ῥωμαῖα Σεβαστὰ ἰσολύμπια* Neapoli quinto quoque anno (Strabo p. 246) agebantur (v. tit. n. 748). Dio Cass. 55, 10: *αὐτῷ δὲ δὴ Αὐγούστῳ ἀγών τε ἱερὸς ἐν Νεαπόλει τῇ Καμπανίδι λόγῳ μὲν ὅτι κακωθεῖσαν αὐτὴν καὶ ὑπὸ σεισμοῦ καὶ ὑπὸ πυρὸς ἀνέλαβεν, τὸ δ' ἀληθὲς ἐπειδὴ τὰ τῶν Ἑλλήνων μόνοι τῶν προσχώρων τρόπον τινὰ ἐζήλουν, ἐψηφίσθη.* Quos ludos, qui et gymnici fuerunt et musici, cum nobilissimis Graecorum ludis Strabo l. s. dicat comparabiles fuisse, non poterat *πενταετηρικὸς ἀγών* nomine non addito eadem in urbe aliter intellegi ac de ludis Augustis. Itaque eo res deducitur ut Veneris certamina non diversa fuisse coniciamus ab Augustis, Neapolitanosque quos olim in Veneris honorem celebrassent ludos quinquennales eos ad Caesarem Augustum Veneris pronepotem transtulisse. Simili modo ludos in Veneris Genetricis honorem institutos constat eosdem ludos victoriae Caesaris dici, cf. Friedlaender in Marquardtii *Staatsverwaltung* III 493 ed. 2.

Plane obscura est *λαυκελαρχίας* notio. Habemus C. Iunium Aquilam (n. 716), qui *στρατευσάμενος, ἐπιτροπεύσας, δημαρχήσας, λαυκελαρχήσας* Heboni titulum dedicavit, porro Seleucum Seleuci f. (n. 745) *ἄρξαντα τὴν τεσσάρων ἀνδρῶν* (i. e. *δημαρχήσαντα*), *λαυκελαρχήσαντα*, denique L. Herennium Pythonis f. Aristum *δημαρχήσαντα, λαυκελαρχήσαντα, γραμματεύσαντα* (n. 742), ut credas magistratum demarchiae proximum fuisse dignitate. Iam restat titulus n. 717, quem posuit P. Plotius Glycerus *ἐκλεχθεὶς εἰς τὴν ἐπισημοτάτην βουλὴν* (*in ordinem splendidissimum*) *ὑπὸ τῶν λαυκελαρχησάντων καὶ ἐξ ἔθους μυηθεὶς ταύτης τῆς ἱερωσύνης, μυστηρίῳ ἐλλαμπρῶς τε καὶ τελείως ἀπηρτισμένος*. Ubi ut certum est Glycerum

ab laucelarchiciis in senatum adlectum esse ita incertum videtur num ab iisdem etiam sacris mysteriisque Hebonis initiatus sit. Nam etsi sacerdotium illud (ταύτης τῆς ἱερωσύνης) sane Dionysii Hebonis intellegendum sit, tamen demonstrari nequit verba ὑπὸ τῶν λαυκελαρχηκότων etiam ad participium μυηθείς referendum esse. Itaque cum praesertim nec ipsum vocabulum, quod ἀρχήν significat, neque usus eius huic opinioni faveat, sacerdotiis adnumerandam esse laucelarchiam non possum cum Mommseno credere.

De reliquis Graecae urbis magistratibus, in quibus est ἀγωνοθέτης et γυμνασίαρχος (utroque munere functus est imperator Titus n. 730, cf. etiam Seleuci titulus n. 745), denique γραμματεύς (L. Herennius Aristus n. 741), nihil est quod addam.

Inter deorum sacra Neapolitanis propria sunt Dionysii Hebonis, qui sollemni formula praedicatur ἐπιφανέστατος θεός (cf. n. 716 et 717); de hoc cf. Macrobii I 18, 9: *item Liberi patris simulacra partim puerili aetate partim iuvenis fingunt. praeterea barbata specie, senili quoque, uti Graeci eius quem* Βασσαρέα, *item quem* Βρισέα *appellant, et ut in Campania Neapolitani celebrant* Ἥβωνα *cognominantes.* Heboni mysteria agebantur; plura nec de ipso deo nec de sacris eius sciri possunt. Comparari possunt Τύχην et Τέρπον, θεράπων σεμνῆς Ἀφροδίτης (tit. Antipolitanus epigr. Gr. p. XVII), Κυδαλίαν, alia id genus nomina et numina. — Dioscuris aedem satis magnam dedicavit Ti. Iulius Tarsus, cuius ante hos CC annos porticus octastylos cum titulo supererat (n. 714); eisdemque deis T. Flavius Euanthes in ludis Italicis victor statuas eiusque parentes aras cum candelabris in Eumelidarum phretria deo posuerunt anno p. Chr. 171 (n. 748). Dioscurorum sacra antiquitus recepta Neapoli viguisse etsi non est cur plane negemus, tamen Ti. Iulius Tarsus fortasse ad similitudinem aedis Castoris a Tiberio anno p. Chr. sexto ad forum restitutae templum dicavit. — Herculi positus est titulus n. 718 eidemque *Herculi invicto P. Verg(ilius) Restitutus ob insignem numinis .... honore demarchiae perfunctus aidiculam sta[tuit]* (CIL X 1478). — Sebetho fluvio (qui in antiquis nummis Neapolitanis ΣΕΠΕΙΘΟΣ dicitur) aediculam restituit P. Mevius Eutychus (CIL X 1480). — Peregrinorum deorum sacris nec Neapolitanos abstinuisse consentaneum est: Isidi M. Opsius Navius Fannianus, nobilis homo Romanus Apollinis Hori Harpocratis imagines donavit (n. 719), Mithrae deo omnipotenti anaglyphum posuit Appius Claudius Tarronius Dexter v. c. (CIL X 1479).

714 Neapoli ad S. Paullum alla Montagna Signor.; vidimus marmoreum Castoris et Pollucis templum (a. 1437) Cyr.; in frontespicio quodam ante S. Paulum Iucundus et similiter Metellus Accursius. Neapoli extat porticus VIII columnarum nunc S. Pauli, olim Castorum, opere Corinthiaco. In tympano figurae sunt partim integrae partim fractae: Apollo ad tripodem. In angulis ad dextram iacet Terra cum cornu copiae velificante supra caput linteo; ad sinistram fluvius, sub cuius cubito vas aquam effundens, tenet cannam manu; reliqua discerni nequeunt Pighius. Templum cuius — reliquias adhuc servant ingentes columnae marmoreae, graecam inscriptionem — subsistentem Syngens. Postea nemo vidit. — Eruta a. 1591 Capaccius falso.

ΤΙΒΕΡΙΟΣΙΟΥΛΙΟΣΤΑΡΣΟΣΔΙΟΣΚΟΥΡΟΙΣ
ΚΑΙΤΗΙΠΟΛΕΙΤΟΝΝΑΟΝΚΑΙΤΑΕΝΤΩΙΝΑΩΙ
ΠΕΛΑΓΩΝΣΕΒΑΣΤΟΥΑΠΕΛΕΥΘΕΡΟΣΚΑΙ
ΕΠΙΤΡΟΠΟΣΣΥΝΤΕΛΕΣΑΣΕΚΤΩΝΙΔΙΩΝΚΑΘΙΕΡΩΣΕΝ

Signoriliana sylloge Ottobon. f. 12' et (litteris minusculis) Chis. V 168 f. 19'; Cyriacus apud Scalamont. p. 98 ed. Colucc.; ex Cyriaco Ferrarini Paris. f. 75; Iucundus Veron. f. 109', Magliab. 28, 34 f. 191', Bonon.; cod. Filonardianus f. 30'; Metellus Vat. 6039 f. 355' et 393 cum ipsius templi delineatione ex Budaei, Portii, Morillonii (a. 1547), Vallamberti, Philandri apographis; Accursius Ambr. D 420 (syll. 2) f. 6'; Pighius Berol. A 61*b* p. 12, A 61*f* p. 12, A 61*a*; ex Pighio Smetius ms. p. 7, ed. f. 6'; ex Smetio sine dubio Ligorius Taur. XII et cod. Waelscapple f. 38 et 58; ex schedis Pighianis Grut. 98, 7 (hinc posteriores fere quos enumerare et longum est et inutile); Capaccius hist. Neap. (ed. 1607) p. 220, Surgens Neap. illustr. p. 60, quorum neuter unde habuerit scio. Repetiit ex editis Franz 5791.

Versus divisi ex Metelli fide, quamquam sic in ipso epistylio fuisse divisos non spondeo. Plerique auctores cum omnino continua omnia perscripserint, in Signorilianis et Iucundianis schedis similis quaedam divisio instituta est, qua tamen cum versus singuli breviores evadant quam pro epistylii natura credi possit (1 - Τάρσος, 2 - πόλει, 3 - ἐν τῷ, 4 - Σεβαστοῦ, 5 - ἐπί, 6 - τελέσας, 7 - καθιέρωσεν), hunc consensum ad communem potius auctorem quam ad lapidis veram imaginem rettulerim.

1 ΤΑ·ΡΣΟΣΟΣ|ΑΙΟ·ΡΟΥΡΟΙΣΑΙΤΗΠ·ΟΑΕΙ — 3 Ε-ΕΒΑΣΤΟ·ΥΟΕΡΟΣ κτλ' corruptissime omnia Sign.

Τιβέριος Ἰούλιος Τάρσος Διοσκούροις καὶ τῇ πόλει τὸν ναὸν καὶ τὰ ἐν τῷ ναῷ. Πελάγων Σεβαστοῦ ἀπελεύθερος καὶ ἐπίτροπος συντελέσας ἐκ τῶν ἰδίων καθιέρωσεν.

715 Neapoli lapis in aedibus Tiberii Coppulae (quo ad equos conscendendum utuntur habitatores Capac.) ad S. Mariae Rotundae Iord. Capac.

ΕΥΜΗΛΟΝΘΕΟΝΠΑΤΡΩΟΝ
ΦΡΗΤΟΡΣΙΝΕΥΜΗΛΕΙΔΩΝ
Τ·ΦΛΑΟΥΙΟΣΠΙΟΣΦΡΟΝΤΙΣΤΗΣ
ΑΝΕΘΗΚΕΝ
ΣΥΝ·Τ·ΦΛΑΟΥΙΩΙΠΙΩΙΤΕΚΝΩΙ

Dedi Fabii Iordani (hist. Neap. ms. Neap. a. 1571—1590) exemplum. Ab Iordano pendent schedae Bolviti apud Peliciam de christianae ecclesiae primae mediae et novissimae aetatis politia III (1838) p. 421, item ni fallor Marianus de Laurentiis, universae Campaniae felicis antiquitates I (Neap. 1826) p. 183. Descripsit etiam Capaccius hist. Neap. (a. 1607) p. 35. Hinc multi petierunt, velut Ignarra de phratriis p. 96; Reinesius ep. ad Hoffm. et Rup. p. 252, synt. I 156; Spon miscell. erud. ant. p. 108; ex Ignarra Franz 5786, cf. add. p. 1254.

1 ΠΑΤΡΩΩΝ Cap. — 2 ΦΡΙΤΟΡΣΙΝ Cap. — 3 ΦΛΑΥΙΟΣ Cap., ΦΡΟΝΤΙΣΤΗΣ ad versum quartum transtulit Cap. — 5 ΦΛΑΥΙΩΙ Cap., ΠΙΩΙ om. idem.

Εὔμηλον θεὸν πατρῷον φρήτορσιν Εὐμηλειδῶν Τ. Φλάουιος Πῖος φροντιστὴς ἀνέθηκεν σὺν Τ. Φλαουίῳ Πίῳ τέκνῳ.

716 Neapoli apud Accium Sincerum patricium Neapolitanum et poetam egregium Iucundus, Accursius, Vallamb. *dentro il cortile della casa degli eredi del Sig. Scipione Santino dott. di legge nella strada sotto il collegio del Gesù* Summonte. Erat apud Sanctinos, iam inde ablatus Capaccius, in hac urbe Surg.: Grande.

Η Β Ω Ν Ι
Ε Π Ι Φ Α Ν Ε Σ Τ Α Τ Ω Ι Θ Ε Ω Ι
Γ · Ι Ο Υ Ν Ι Ο Σ
Α Κ Υ Λ Α Σ Ν Ε
Ω Τ Ε Ρ Ο Σ Σ Τ Ρ Α
Τ Ε Υ Σ Α Μ Ε Ν Ο Σ
Ε Π Ι Τ Ρ Ο Π Ε Υ Σ Α Σ
Δ Η Μ Α Ρ Χ Η Σ Α Σ
Λ Α Υ Κ Ε Λ Α Ρ Χ Η Σ Α Σ

Vallamberti est exemplum bis correctum ex fide Surgentis et Grandii, qui descripserunt. — Habet Iucundus Veron. f. 124, Magl. 28, 5 f. 141. 28, 34 f. 196 et Bonon. (ex schedis Fr. Iucundi Murat. 97, 1). Descripsit Accursius Ambr. D 420 post f. 76, idemque exemplum ab Vallamberto Metellus Vat. 6039 f. 302; item Fabius Iordanus hist. Neap. ms., ubi duo sunt apographa. Ex Iucundianis, ut videtur, Apianus 108, 2 (hinc Grut. 36, 5). Descripserunt Capaccius hist. Neap. (ed. 1607) p. 74 et 185 (inde Martorelli theca cal. p. 673; Mich. Vargas Macciucca *delle antiche colonie venute in Napoli* 1764 I 236); M. Ant. Surgens Neapolis illustrata p. 230; Giov. Ant. Summonte *historia della città e regno di Napoli* (1748) p. 86; denique Gennaro Grande *cognomi gentilizi* (1756) p. 26. Repetiit Franz 5790.

Summopere variant in versibus dirimendis: nihil hac in re tribuendum Iucundo, ut satis constat, neque quidquam prosunt Grandius et Io. Ant. Summontius, qui continua omnia perscripserunt. Itaque tutius visum est Vallamberti et Surgentis consensui parere. — 5 Ε Τ Ρ Α Vallamb., Σ Τ Ρ Α rell. — 9 om. Apianus, Λ Α Υ Κ Ε Λ Α Ρ Χ Η Σ Α Σ Vallamb. (Λ Α Υ R ap. Met. Λ Α Υ Ρ ap. Acc.) Iordan., (Λ Α Ι Κ Ε Λ Α Ρ Χ Η Σ Α Σ et Λ Α Υ Κ Α Ι Λ Α Ρ Χ Ε Ι Σ Α Σ) Surg., (Μ Υ Κ κτλ') Grande, Λ Α Υ Κ Ε Α Ρ Χ Η Σ Α Σ Iuc.

Ἥβωνι | ἐπιφανεστάτωι θεῶι | Γ(άιος) Ἰούνιος Ἀκύλας Νεώτερος στρατευσάμενος, ἐπιτροπεύσας, δημαρχήσας, λαυκελαρχήσας.

De laucelarchia vide praef. p. 192. — *στρατευσάμενος* i. e. *a militiis*, ut notat Mommsenus coll. Marquardt *Staatsverw.* II 367 adn. 4.

---

717 Neapoli in museo inde ab a. 1846.

Θ Ε Ω ❦ Ε Π Ι Φ Α Ν Ε Σ Τ Α Τ Ω
Η Β Ω Ν Ι
Π · Π Λ Ω Τ Ι Ο Ϲ (sic) · Γ Λ Υ Κ Ε Ρ Ο Ϲ (sic) Ε Κ Λ Ε Χ Θ Ε Ι Σ
Ε Ι Σ Τ Η Ν Ε Π Ι Σ Η Μ Ο Τ Α Τ Η Ν Β Ο Υ Λ Η Ν
Υ Π Ο Τ Ω Ν Λ Α Υ Κ Ε Λ Α Ρ Χ Η Σ Α Ν Τ Ω Ν Κ Α Ι Ε Ξ Ε
(sic) ΘΟΥΖΜΟΙΗΘΕΙΣΤΑΥΤΗΣΤΗΣΙΕΡΟΣΥΝΗΣΜΥΣ
ΤΗΡΙΩΟΛΟΚΛΗΡΩΣΤΕΚΑΙΤΕΛΕΙΩΣΑΠΕΡΤΙΣ (sic)
ΜΕΝΟΣΑΝΕΘΗΚΕΝ ΣΥΝ
ΛΙΚΙΝΙΩ ΠΟΥΔΕΝΤΙΑΝΩ ΝΕΩΤΕΡΩ
ΜΑΡΚΙΩ ΦΑΥΣΤΕΙΝΩ ΝΕΩΤ ❦
ΛΙΚΙΝΙΩ ΦΗΛΕΙΚΙ ΠΡΕΣΒ ❦
ΦΛΑΒΙΩ ΦΑΥΣΤΕΙΝΙΑΝΩ
ΜΑΡΚΙΩ ΦΑΥΣΤΕΙΝΩ ΠΡΕΣ ·
ΝΟΟΥΙΩ ΡΟΥΦΕΙΝΙΑΝΩ ΚΑΙ
ΛΟ...ΛΙΩ ΙΑΝΟΥΑΡΙΩ ΕΙΘΕΟΙΣ ❦

Θεῷ ἐπιφανεστάτῳ
Ἥβωνι
Π. Πλώτιος Γλυκερὸς ἐκλεχθεὶς
εἰς τὴν ἐπισημοτάτην βουλὴν
ὑπὸ τῶν λαυκελαρχησάντων καὶ ἐξ ἔ-
θους μυηθεὶς ταύτης τῆς ἱερωσύνης, μυσ-
τηρίῳ ὁλοκλήρως τε καὶ τελείως ἀπ[η]ρτισ-
μένος ἀνέθηκεν σὺν
Λικινίῳ Πουδεντιανῷ νεωτέρῳ
Μαρκίῳ Φαυστείνῳ νεωτ(έρῳ)
Λικινίῳ Φήλικι πρεσβ(υτέρῳ)
Φλαβίῳ Φαυστεινιανῷ
Μαρκίῳ Φαυστείνῳ πρεσ(βυτέρῳ)
Νοουίῳ Ῥουφεινιανῷ καὶ
Λο[υκι]λίῳ Ἰανουαρίῳ ἠιθέοις.

Descripsi. Ex suo apographo Mommsen *bull. dell' instit.* 1847 p. 105. *Bull. Napolet.* VI tab. I (inde Franz add. p. 1255 n. 5790*b*); Fiorelli catal. 50.

6 Τ Η Σ om. Mommsen — 15 Γ Ο . . . Λ Ι Ω ego, Λ Ο . . . Λ Ι Ω Mommsen, qui restituit.

Quod initiati dicuntur *ἠίθεοι* (i. e. *ἀγύναιοι, ἄφθαρτοι* Hes.), aptum hoc est Hebonis dei nomini, quamquam ipse senili et barbata specie fingebatur; sed apparet Marcios Faustinos maiorem et minorem non patrem et filium fuisse.

---

718 Neapoli ad S. Ioannem Maiorem a. 1874 reperta.

Α Ν Ο Σ Μ Α Μ Ε · Ρ Κ Ο Υ · Κ Α Ι Ο Ι Υ Ο
Ρ Α Κ Λ Ε Ι · Α Ν Ε Θ Η Κ Α Ν

Ant. Sogliano *archivio storico per le provincie di Napoli* I (1876) 565; inde Mommsen CIL X p. 970.

. . . . . ανὸς Μαμέρκου καὶ οἱ υἱο[ὶ αὐτοῦ? Ἡ]ρακλεῖ ἀνέθηκαν.

719 Neapoli basis marmorea reperta *pochi anni sono, vedesi oggi nel palazzo de' signori Carbonelli* (1756) GRANDE et COD. NEAP.

Ι Σ Ι Δ Ι
Α Π Ο Λ Λ Ω Ν Α Ω Ρ Ο Ν
Α Ρ Π Ο Κ Ρ Α Τ Η Ν
Μ · Ο Ψ Ι Ο Σ · Ν Α Ο Υ Ι Ο Σ
Φ Α Ν Ν Ι Α Ν Ο Σ
Σ Τ Ρ Α Τ Η Γ Ο Σ Ε Π Α Ρ Χ Ο Σ
Σ Ε Ι Τ Ο Υ · Δ Ο Σ Ε Ω Σ · Δ Ο Γ Μ Α Τ Ι
Σ Υ Ν Κ Λ Η Τ Ο Υ · Ρ Ω Μ Α Ι Ω Ν
Α Γ Ο Ρ Α Ν Ο Μ Ο Σ Τ Α Μ Ι Α Σ · Π Ο Ν
Τ Ο Υ · Β Ε Ι Θ Υ Ν Ι Α Σ · Χ Ε Ι Λ Ι Α Ρ · Λ Ε Γ · Ε
Μ Α Κ Ε Δ Ο Ν Ι Κ · Α Ρ Ξ Α Σ · Ι · Α Ν Δ Ρ Ω Ν
Α Ρ Χ Η Ν · Ε Π Ι · Ρ Ω Μ Η Σ

Descripsi. Edidit Martorelli theca cal. p. 475. 644 (inde Donat. p. 42, 4; Franz 5793 cf. add. p. 1255). Melius Genn. Grande *cognomi gentil.* p. 24. Extat etiam in cod. Neapol. bibl. nat. (*registro d' immiss.* 278), qui continet *Collectanea sull' iscrizione di Lollio Arpocrate in S. Maria della Fontana di Brindisi* (i. e. CIL IX 136). Fiorelli catal. 51.

V. 7 extremam litteram addidi ex prioribus — 11 primae tres litterae nunc evanidae.

Ἴσιδι | Ἀπόλλωνα Ὧρον | Ἀρποκράτην | Μ. Ὄψιος Νάουιος Φαννιανός, | στρατηγός, ἔπαρχος | σείτου δόσεως δόγματι | συνκλήτου Ῥωμαίων, | ἀγορανόμος, ταμίας Πόν[του Βειθυνίας, χειλίαρ(χος) λεγ(εῶνος) ε' | Μακεδονικ(ῆς), ἄρξας ι' ἀνδρῶν | ἀρχὴν ἐπὶ Ῥώμης.

720 Neapoli ad S. Anelli coenobium effossus IORD., apud S. Paulum FILON., *in casa di M.....* *Feltro* (sic) *quadr.* ACC., in aedibus Io. Andreae Curtii VALL. (GRVT.), nunc in Marii Altimari Icti aedibus IORD. CAP., *altaretto quadro nel cortile della casa di Mario Altomare* SVMM.

Μ · Μ Α Ρ Ι Ο Σ · Ε Π Ι Κ Τ Η Τ Ο Σ
Τ Η Ι · Τ Υ Χ Η Ι Ν Ε Α Σ Π Ο Λ Ε Ω Σ
Α Ν Ε Θ Η Κ Ε Ν
Χ Α Ρ Ι Σ Τ Η Ρ Ι Ο Ν

Codex Filonardianus 106; Accursius Ambr. D 420 (syll. II) f. 7; Vallambertus apud Metellum Vat. 6039 f. 302; Iordanus ms. (inde Avellino *bull. Napol.* I (1843) p. 40 atque (Giampietro et Fusco): *frammento inedito di uno scrittore Napoletano del sec. XVI, con un comento critico-archeologico;* accedit *giunta sul frammento inedito di Fabio Giordano.* Neapoli 1841. 42 p. 104); ex schedis Vallamberti Pighii Scaligeri Gruterus 75, 7; Summonte *historia di Napoli* (ed. 1748) I 121; Capaccius hist. Neap. (ed. 1607) p. 230; Franz 5792.

Versus sic divisos habent Acc. Iord. Summ., ut reliquos missos faciamus. — 2 Τ Υ Χ Η Ι Vall. Iord. (Τ Υ Χ Η Acc., Τ Υ Χ Η Summ., Τ Υ Χ Ν Filon.) — Ν Ε Α Π Ο Λ Ε Ω Σ Iord., Ν Ε Λ Σ · Π Ο Λ Ε Σ · Filon. — 3. 4 transpositos Cap.

Μ. Μάριος Ἐπίκτητος τῇ Τύχῃ Νέας πόλεως ἀνέθηκεν χαριστήριον.

721 Neapoli urna *ultimamente scavata* (1747) GIORN. FIL., tot saeculorum decursu in S. Mariae Rotundae latuerat MART., apud patres cruciferos MAFF., hodie in museo Farnesiano IGN., in arce regia *Capo di Monte* MVENT., in museo basis EGO.

Μ Κ Ο Κ Κ Η Ι Ο C C Ε
Α Π Ε Λ Ε Υ Θ Ε Ρ Ο C · Κ Α Λ
C Υ Ν Τ Ο Ι C Ι Δ Ι Ο Ι C Τ Ε Κ
Τ Ι Τ Ι Ω Α Κ Ι Λ Ε Ι Ν Ω ·
Κ Α Ι Φ Λ Α Υ Ι Ω Κ Ρ Η C Κ Ε Ν Τ Ι
Τ Ο Ν C Κ Υ Φ Ο Ν Ε Κ Λ Ν ς
Ο Υ · Δ ϛ
Θ Ε Ο Ι C Φ Ρ Η Τ Ο Ρ C Ι Κ Υ Μ Α Ι Ω Ν

Descripsi. Ed. *giornale de' letterati pubblicato in Firenze* (1747) IV 3 p. 230; Maffei mus. Ver. 479, 3, cui misit P. Hannibal Marchesi a Francisco Pratilli acceptam (inde Donat. 59, 10). Exscripsit accurate Martorelli theca cal. p. 638; denuo Ignarra de phratriis p. 183; ex his Franz 5788 adhibitis schedis Muenteri; denique Fiorelli cat. 49.

1 extr. Σ Ε Ignarra, C Ε Β Α C Τ Ο Υ Muenter, Martorelli plane ut ego — 4 videbar mihi post Ν Ω litteras duas Ι Ν leviter incisas agnovisse — 6 et 7 lectio certa.

Μ(άρκος) Κοκκήιος Σε[βαστοῦ
ἀπελεύθερος Καλ[....
σὺν τοῖς ἰδίοις τέκ[νοις
Τιτίῳ Ἀκιλείνῳ
καὶ Φλαυίῳ Κρήσκεντι
τὸν σκύφον ἐκ λ(ιτρῶν) νς',
οὐ(γγιῶν) δ' (καὶ ἡμισείας)
θεοῖς φρήτορσι Κυμαίων.

V. 2 non potest *Κάλλιστος* suppleri — 6 sq. quamvis immane videatur scyphi pondus, tamen aliter explicari nequit.

722 Surrenti in horto archiepiscopi CAPACC. In atrio ecclesiae cathedralis CAPASS. MOMMS. Inter Neapolitanas posui propter deos phretrios.

Κ Α Ι Δ Ι Κ Ι Α · Μ
Θ Υ Γ Α Τ Η Ρ · Ο Υ Ι Κ Τ R Ι Ξ
Φ Ρ Η Τ Ο Ρ C Ι · Θ Ε Ο Ι C
Β Α C Ι Ν C Κ Υ Φ Ω Ι

Καιδικία Μ(άρκου) θυγάτηρ Οὐίκτριξ φρήτορσι θεοῖς βάσιν σκύφωι.

Descripsit Mommsen. Male Capaccius hist. Neap. p. 238 (ed. 1607), nec melius Franz 5869 ex schedis Bellermanni. Accurate Capasso *topogr. della penisola Sorrentina* (1846) p. 87 n. 21.

723 Neapoli epistylium *nella strada di pozzo bianco nella casa che fu di M. Giov. Baravalla* MANVT., in domo Vincentii Baravaldi in fragmento liminis superioris templi vel porticus alicuius PIGH. Nunc in museo.

Ο Ι Σ · Σ Ε Β · Κ Α Ι · Θ Ε Ο Ι Σ · Φ Ρ Η Τ Ρ Ι Ο Ι Σ · Θ Ε Ω Τ Α Δ Α Ι

Descripsi. Habet Pighius Berol. A 61*a* et duabus ab initio litteris suppletis id. A 61*b* p. 107; hinc Smet. Neap. p. 7 ed. f. 6 (idem exemplum inter Manutianas schedas Vat. 5421 f. 623); ex Smetio cod. Waelscapple f. 22; Grut. 112, 8 (inde Ignarra de phratriis p. 94 coll. p. 66) et Io. Ant. Summonte *historia della città e del regno di Napoli* (1748) I 105. Interpolate Capaccius hist. Neap. p. 237 (ed. 1607); inde Martorelli theca cal. p. 672. Repetiit Franz 5787 coll. add. p. 1254.

Θε]οῖς Σεβ(αστοῖς) καὶ θεοῖς φρητρίοις Θεωτάδαις.

724 Neapoli in cella vinaria seminarii nobilium Mar.

ΖΩΙΛΟΣΖΩΙΛΟ
ΚΑΙΕΜΑΥΤΟΣΖΩΙΛΟ
ΦΡΗΤΑΡΧΗΣ ΑΝΤΕΣ
ΘΕΟΙΣ

Ζωΐλος Ζωΐλο[υ] καὶ Ε....ες Ζωΐλου φρητραρχήσαντες θεοῖς.

Marini Vat. 9133 f. 349 ex Viti Iovinatii apographo.

725 Neapoli. In aedibus Io. Francisci Ristaldi IC. in iis locis effossus lapis, in quibus Neapolis maxime vigebat Cap.

ΖΩΙΛΟΣ·ΖΩΙΛΟΥ
ΠΥΘΙΑ·ΝΙΚΙΣΑΣ·ΘΕΟΙΣ

Ζωΐλος Ζωΐλου Πύθια νικ[ή]σας θεοῖς.

Edidit Capaccius hist. Neapol. (ed. 1607) p. 251; inde Donius I 78 (hinc Murat. 648, 2); Reines. epist. p. 279, synt. I 205; Franz 5808. Versus vix recte divisi. — Zoilus Zoili f. cum fratre est in titulo 724.

---

726 Neapoli. *Rifacendosi alcuni vecchi edifici di nostra città presso il monistero della Croce di Lucca de' Vergini patrizie si rinvenne in assai profondo sito un piccolo bue di creta con lettere incise.*

ΝΥΜΨΙΟΥ
ΤΕΡΤΙΟΥ
ΚΟΙΝΟCΟΒΟΥC

Νυμψίου
Τερτίου
κοινὸς ὁ βοῦς.

Edidit Mich. Vargas Macciucca *delle antiche colonie venute in Napoli ed i primi si furono i Fenici* (Nap. 1764) I 255; inde Franz 5812. Est communis Numpsii et Tertii dedicatio.

---

727 Aliunde, ut videtur, advectus titulus. — Neapoli in domo comitis de Matalona Ivc. Avg. Met. In basi statuae (sic Ivc. Avg.) quae tamquam columnae pars est, ex pario; statua muliebris est, cui ambae manus in stola praetextata obvolutae sunt Met.

ΒΑΣΙΛΙΣΣΑΝΑΡΣΙΝΟΗΝΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥΚΑΙΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣΒΕΡΕΝΙΚΗΣ
ΣΤΡΑΤΟΝΙΚΗΒΑΣΙΛΕΩΣΔΗΜΗΤΡΙΟΥ

Iucundus Veron. f. 110; Magl. 28, 34 f. 192 Bonon.; Augustinus cod. Vind. 3492 f. 29', 3528 f. 31'; Metellus Vat. 6039 f. 300' et f. 358' ab Morillonio (qui exscripsit a. 1547) et Vallamberto. Ex Metellianis Grut. 288, 4 (hinc Franz 5795).

Versus ad arbitrium divisi.

Coniunctus cum Graeco titulo Latinus traditur hic:

EX·OFFICINA·SEXTILI·CLEMENTIS

quem Iucundus in eadem domo extare refert, Augustinus *apud pedes eiusdem statuae* legi ait. Metellus utrumque coniungit, ut praecedant Graeca, deinde adscribit *aliud epigramma est et separatum*; denique his deletis *immo vero Graecis coniunctus est versus, ut vidit Vallembertus diligenter; sunt itaque versus IV; Latinus ·i· quartus est ad statuae pedes, ita ut praecedere hic debeat tres praecedentes, qui basi adscripti, ubi statua erecta est.* Cf. Mommsen CIL X 1896, qui notat nequaquam ex his effici ut basin eam ipsius statuae ab antiquo partem fuisse credamus.

Βασίλισσαν Ἀρσινόην βασιλέως Πτολεμαίου καὶ βασιλίσσης Βερενίκης Στρατονίκη βασιλέως Δημητρίου.

Cf. Droysen *Gesch. des Hellen.* III 266 sq.

---

728 Neapoli (Aquilam) allatum pª Octobris 1542 penes Mar. Accursium Accvrs. Aquileiae (sic) in aedibus olim Mariangeli Accursii, nunc Alexandriorum Mar. Aquilae in domo olim Accursii, nunc Ricco Dressel.

ΚΛΑΥΔΙΟΝΚΑΙΣΑΡΑΣΕΒΑΣΤΟΝ
ΘΕΟΙΣΦΡΗΤΡΙΟΙΣ
ΝΑΟΥΙΟΣ·ΑΤΤΟΣ
ΑΠΟΚΑΤΑΣΤΑΘΕΙΣΥΠΟΑΥΤΟΥ
ΕΙΣΤΗΝΠΑΤΡΙΔΑ

Descripsit Dressel. Accurate Accursius Ambr. O 125; Muratori 105, 9, cui misit Ant. Antinorius Aquilanus (inde Franz 5802*b*). Habet ab Lupacchinio sine dubio (cf. Mommsen CIL IX p. 399) Marini Vat. 9133 f. 314.

Κλαύδιον Καίσαρα Σεβαστὸν θεοῖς φρητρίοις Νάουιος Ἄττος ἀποκατασταθεὶς ὑπὸ αὐτοῦ εἰς τὴν πατρίδα.

729 Neapoli *vicino alla fontana dell' Annuntiata trovata nel 1528; la pietra è grande framentata et le prime lettere quasi di un palmo* Acc.; ad fontem maximum S. Annuntiatae Virginis Met. et similiter reliqui; prostat in pariete contra occidentem secus viam publicam in bivio quod ad aedem D. Annuntiatae et ad Portam Nolanam ducit; locus ipse *bollo dell' Annunziata* dicitur Ign.

ΤΙΤΟΣ · ΚΑΙΣΑ
ʼΕΣΠΑΣΙΑΝΟΣ · ΣΕΒΑΣΤΟΣ
ΚΗΣ · ΕΞΟΥΣΙΑΣ · ΤΟ · Ι ·
ΟΣ · ΥΠΑΤΟΣ · ΤΟ · Η · ΤΕΙΜΗΤΗΣ
ΘΕΤΗΣΑΣ · ΤΟ · Γ · ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΗΣΑΣ
ΥΜΠΕΣΟΝΤΑ · ΑΠΟΚΑΤΕΣΤΗΣΕΝ
Ι · F · VESPASIANVS · AVG
COS · VIII · CENSOR · P · P
TIBVS · CONLAPSA · RESTITVIT.

Accursius Ambr. D 420 f. 7; ex Morillonii Badaei Vallamberti Guidii apographis Metell. Vat. 6039 f. 301. 351; ex Pighii apographo Smetius ms. p. 23, ed. f. 13, 2 et Gruter 173, 8; Capaccius hist. Neap. (ed. 1607) p. 274; Summonte *historia del regno* (ed. 1748) I 66; Lasena *dell' antico ginnasio* p. 69; d'Arthenay ap. Gorium symb. litt. II 2 (1748); A. S. Mazochi de cathedr. eccles. Neapol. vicibus p. 234 (hinc Martorelli theca cal. p. 412); ab Ignatio Como acceptam Murat. 228, 6 vitiose; Ignarra de palaestra p. 107; Franz 5809; Mommsen IRN 2447, CIL X 1481.

Plura in lapide nemo vidit. — Vv. 7—9 om. Murat.

Αὐτοκράτωρ] Τίτος Καῖσα[ρ
θεοῦ Οὐεσπασιανοῦ υἱὸς Ο]ὐεσπασιανὸς Σεβαστός,
ἀρχιερεὺς μέγιστος, δημαρχ]ικῆς ἐξουσίας τὸ ι',
αὐτοκράτωρ τὸ ιε', πατὴρ πατρίδ]ος, ὕπατος τὸ η', τειμητής,
ἐν Νέαι πόλει δημαρχήσας, ἀγων]οθετήσας τὸ γ', γυμνασιαρχήσας
.... ὑπὸ σεισμῶν σ]υμπεσόντα ἀποκατέστησεν.
Imp. Titus Caesar divi Vespasia]ni f. Vespasianus Aug.
pontifex max., trib. potest. X, imp. XV] cos. VIII, censor, p. p.
.... *terrae mo]tibus conlapsa restituit.*

Suppleverunt Capaccius (v. 9) et Ignarra et Franz. — Annus est p. Chr. n. 81, quo tamen ipso anno Titum et agoni praesedisse et gymnasiarchi munere functum esse cum interpretes statuissent, recte negavit Mommsenus, qui nihil impedire intellexit quominus haec referantur ad ludos quinquennales Neapolitanos, quorum Italides XIX (a. p. Chr. 74) et XX (a. 79) inciderunt in Titi tempora. Idem terrae motus (v. 6) pertinere vidit ad Vesuvii eruptionem (a. 79) coll. Plin. ep. VI 20, Cass. Dion. 66, 24, Plut. de ser. num. vind. 22, Stat. silv. IV 8, 5.

730 Neapoli in praegrandi basi quae prostat e regione SS. Philippi et Iacobi; characteres obscuri Mart.

ΤΗ ΘΕΙΟΤΑΤΗ ΚΑΙ ΕΥΣΕΒΕΣ
ΤΑΤΗ ΣΕΒΑΣΤΗ
ΦΡ . . . .
ΕΥΜΕΙΔΑΙ

τῇ θειοτάτῃ καὶ εὐσεβεσ[τάτῃ Σεβαστῇ
. . . .

Sic Martorelli thec. cal. p. 658 (inde Ignarra de phratriis p. 205). Antea Capaccius hist. Neap. (a. 1607) p. 65, ex quo Reines. III 54 et Franz 5801.

1 init. ΤΗ et ΚΑΙ om. Cap. — 3 et 4 om. Cap. — 4 ΕΥΗΡΕ videri in lapide esse testatur Vincentius Calà Ossorius de Figueroa apud Ignarram. Probabile est Martorellium vv. 3 et 4 describentem interpolasse, ut phretriae memoriam lucraretur.

Capaccii coniecturam Helenae Augustae titulum positum esse opinantis cur ridiculam dixerit Franz non video: illi aetati bene conveniunt laudes sanctitatis et pietatis, et ipsi Helenae positas statuas referunt tituli CIL X 1483. 1484. Et phretriae si revera fuit mentio vv. 3 et 4, ne hoc quidem obstat, quoniam tribus Neapolitanae quo tempore sublatae sint nescimus. Hoc unum, ut observavit Mommsenus, obici potest, quod publicus sermonis Graeci usus non ad illa tempora pertinuisse videtur. Res incerta.

731 Neapoli a. 1878 ad S. Ioannem Maiorem repertum fragmentum.

ΟΣ ΓΕΡΜ
ΥΠΟΚΡΑΤ
Σ ΤΟ Δ ΚΤ

[..... Καῖσαρ] ----- ος Γερμ[ανικός, α]ὐ[τ]οκράτ[ωρ τὸ ..,
ὕπατο]ς (?) τὸ δ' ....

Misit Ianuarius Galante canonicus.

732 Neapoli fragmentum nuperrime repertum est exiguum, sed grandibus et elegantibus characteribus scalptum est apud Petronium in cimeliarchio Mart.

ἀρ ΧΙΕΡΕΙ μεγίστῳ
Ι . ΤΟ Γ Π ατρὶ πατρίδος
Ι Π

Martorelli theca cal. p. 476 (inde Franz 5803).

733 Neapoli repertum fragmentum (*in un cavo nel Fondaco Maris in sezione Pendino dalla parte della Via Benvenuto Cellini, nello stabile n. 16*); litterae v. 1 alt. centim. 19, v. 2 cent. 17.

αὐ ΓΟΚ ράτωρ ....
ἀ ΡΧΙΕ ρε.....

Colonna princeps Stigliano apud Fiorellium *not. degli scavi* 1884 p. 45.

734 Neapoli in aedibus Fabii Cicinelli Cap., prope aedes Iacobi Caraccioli e ducibus Cryptaliarum parieti affixa Mart.

Capaccius:

....ΙΜΕΛΗΘΕΝΤΩΝ
ΠΑΝΙ.ΤΩ.ΕΚ
ΣΥΒΑΡΙΔΟΣ
ΑΝΤΟΝΙΑΣ · ΣΕΒΑΣΤ.

Fabius Giordano:

ϹΙΜΕΛΗΘΕΝΤΩΝΠΑΝΕΡΩΤΟϹΚΑL · ϹΙΒΑΡΙΔΟϹΑΝΤΟΝΙΑΣΣΕ
ΒΑΣΤΗΣ

Fabius Giordano ms.; Capaccius hist. Neapol. (ed. 1607) p. 62; inde Reines. epist. p. 278 et synt. I 147. Versum quartum habet Martorelli theca cal. p. 659, 'inter cetera quae detrita sunt' addens. Repetiit Franz 5802 coll. add. p. 1256.

Titulus genuinus, quamquam Πανέρως nomen satis mirum:
τῆς ἀναστάσεως? ἐπ]ιμεληθέντων Πανέρωτος(?) καὶ Συβάριδος(?)
Ἀντωνίας Σεβαστῆς [δούλων].
δούλων suppl. Mommsen; ego ἀπελευθέρων conieceram.

735 Neapoli repertus lapis utrimque scriptus ad viam q. d. *Campana (Sezione Vicaria).*

D M
P PLOTI SABN
IVNIAPRISCILLA
PATRIPIISSIMO
· B · M · F

in postico latere:

Σ ΤΑΞΙΣΔ
ΤΟΣΧ

ΟΙΔΕΒΟ *υλευταί?*

Descripsit et ectypum misit Ferdinandus Colonna in epistula ad Mommsenum data d. 31 m. Oct. a. 1884; ed. Sogliano apud Fiorellium *notizie degli scavi* 1884 p. 361.

1 littera mutilata, quam Colonnae apographum exhibet, in ectypo non satis clare apparet; hanc autem inter et T litteram nihil scriptum fuisse videtur — 2 ΤΩΣ/ Sogliano — 4 ⌐Λ Sogliano; ego in ectypo non vidi.

An fuit album senatorum sic fere inscriptum: *τάξις δ[........ ἀναγράψαν]τες Χ....* (nomen summi magistratus); deinde *οἱ δὲ βου[λευταὶ ἦσαν κτλ.*'.

736 Neapoli in virili protome marmorea.

ΑΘΗ

Zenne ad Christii *Abhandl. über Litteratur und Kunstw.* 243; inde Franz 5813.

737 Neapoli reperta basis marmorea a. 1858 ad theatrum antiquum in via S. Pauli. Nunc in museo.

ΔΟΓΜΑΤΙΒΟΥΛΙ
ΠΑΙΛΙΟΝΑΝΤΙΓΕΝΙΔΑ
ΛΙΤΗΝΔΗΜΑΡΧΗΣΑΝΤΑ
ΑΡΧΙΕΡΕΑΙΕΡΑΣΣΥΝΟΔΟΥΘΥ
ΠΡΩΤΟΝΚΑΙΜΟΝΟΝΑΠΑΙΩΝΟΣΝΕΙΚΗΣΑΝΤΑΤΟ
ΑΓΩΝΑΣΟΥΣΠΕΡΚΑΙΜΟΝΟΥΣΗΓΩΝΙΣΑΤΟΑΛΕΙΠΤΟΣ ΡΩΜΗΝ · Β · ΝΕΑ
Γ · ΚΑΙΤΟΝΔΙΑΠΑΝΤΩΝ · ΚΑΙΠΟΤΙΟΛΟΥΣΤΑΠΡΩΤΑΔΙ ΑΤΕΘΕΝΤΑΥΠΟ
ΚΥΡΙΟΥΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥΕΥΣΕΒΕΙΑΚΑ ΙΟΜΟΙΩΣΤΑΕΞΗΣΕΧΕΙΔ
ΚΑΙΤΑΕΝΝΕΙΚΟΜΗΔΕΙΑΤΗΕΑΥΤΟΥΠΑΤΡΙΔΙΕΠΙΛΕΓ ΟΜΕΝΑΑΣΚΛΗΠΕΙΑΤΩΑΥ
ΑΓΩΝΙΠΥΘΑΥΛΑΣΧΟΡΑΥΛΑΣ · ΕΠΑΥΣΑΤΟΔΕΕΤΩΝ · Λ Ε · ΑΥΛΗΣΑΣΔΗΜΩΡΩΝ
ΩΝΕΤΕΣΙΝΕΙΚΟΣΙ

Contuli. Edidit Minervini *bull. Napol.* n. s. VII 73 (1859). Inde Fiorelli catal. 54 et Lueders *dionys. Künstler* app. n. 102.

V. 10 ΕΤΩΝ · ΜΕ Minerv. In fractura tabulae nihil superest nisi quod exhibui notavique describens litteram M esse non posse, quae semper hac forma recta M uti soleat.

Δόγματι βουλῆ[ς καὶ δήμου Νέας πόλεως (vel Νεαπόλεως)
Π. Αἴλιον Ἀντιγενίδα[ν Νεικομηδέα καὶ Νεαπο-
λίτην, δημαρχήσαντα [καὶ λαυκελαρχήσαντα, διὰ βίου
ἀρχιερέα ἱερᾶς συνόδου Θυ[μελικῆς τῶν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν,
πρῶτον καὶ μόνον ἀπ' αἰῶνος νεικήσαντα το[ὺς ὑπογεγραμμένους
ἀγῶνας, οὕσπερ καὶ μόνους ἠγωνίσατο ἄλειπτος· Ῥώμην β', Νεά[πολιν] vel Νέα[ν πόλιν
γ' καὶ τὸν διὰ πάντων, καὶ Ποτιόλους τὰ πρῶτα διατεθέντα ὑπὸ [τοῦ
κυρίου αὐτοκράτορος Ἀντωνείνου Εὐσέβεια καὶ ὁμοίως τὰ ἑξῆς· ἔχει δ[ὲ
καὶ τὰ ἐν Νεικομηδείᾳ τῇ ἑαυτοῦ πατρίδι ἐπιλεγόμενα Ἀσκλήπεια, τῷ αὐ[τῷ
ἀγῶνι πυθαύλας, χοραύλας. ἐπαύσατο δὲ ἐτῶν λε', αὐλήσας δήμῳ Ῥωμ[αί-
ων ἔτεσιν εἴκοσι.

Minervinii supplementis abiectis mea substitui pleraque, ut opinor, certa. Vv. 1—3 maioribus litteris exarati sunt, sed si aequabilis fuit scriptura v. 2 litterae fuerunt XXXIX, ego non plus XXXVI restituendas inveni, Antigenidam quippe demarchiae et laucelarchiae honore functum sumens civitate Neapolitana donatum fuisse, sicut saepe athletas aliosque id genus homines plurimarum urbium cives fuisse scimus. De ludis Eusebiis cf. vit. Hadr. 25, ubi Antoninus Pius patri defuncto *templum pro sepulcro apud Puteolos et quinquennale certamen* constituisse dicitur, v. Artemidori oniroer. I 26 ed. H.

738 Neapoli in via SS. Cosmae et Damiani extra portam Nolanam in sepulcro tabula marmorea a. 1837 reperta, museo donata a Iosepho M. Fusco.

ascia.

in corona	*in corona*	*in corona*
ΚΥΖΙΚΟΝ ΚΟΙΝΑΑCΙ ΑCΠΑΙ ΔΩΝ	ΠΕΡΓΑꟿΟΝ ΤΡΑΙΑΝΕΙΑ ΑΓΕΝΕΙΩΝ	ΚΟꟿꟿΟ ΔΕΙΑΕΝΚΑ ΠΠΑΔΟΚΕΙ ΑΑΓΕΝΕΙ ΩΝ

ꟿ Α Ρ · Α Υ Ρ Η Λ Ι Ο Σ · Α Ρ Τ Ε ꟿ Ι Δ Ω
Ρ Ο Σ · Σ Ε Τ Τ Η Ν Ο Σ · Α Ν Η Ρ · Π Α Λ Α Ι Σ
Τ Η Σ · Ζ Η Σ Α Σ · Ε Τ Η Κ Ϛ ꟿ Η Ν Ε Σ Θ
Ν Ε Ι Κ Η Σ Α Σ · Α Γ Ω Ν Α Σ

in corona	*in corona*	*in corona*
ΚΥΖΙΚΟΝ ΚΟꟿꟿΟΔΕΙ ΑΑΓΕΝΕΙ ΩΝ	ΝΕΙΚΑΙ ΑΝΚΟꟿꟿΟ ΔΕΙΑΙΕΡΑΝ	ΑΥΓΟΥCΤΕΙ ΑΕΝΠΕΡ ΓΑꟿΩΙΕ ΡΑΝ

Recognovi. Edidit Ios. Maria Fusco *sulla greca iscrizione posta in Napoli al lottatore M. Aurelio Artemidoro (Nap. 1863), con una tavola in litografia*; inde Henzen *ann. dell' inst.* 1865 p. 97.

Μᾶρ(κος) Αὐρήλιος Ἀρτεμίδωρος Σεττηνός, ἀνὴρ παλαιστής, ζήσας ἔτη κϛ', μῆνας θ', νεικήσας ἀγῶνας

Κύζικον, κοινὰ Ἀσίας παίδων
Πέργαμον, Τραιάνεια ἀγενείων
Κομμόδεια ἐν Καππαδοκίᾳ ἀγενείων
Κύζικον, Κομμόδεια ἀγενείων.
Νείκαιαν, Κομμόδεια ἱεράν.
Αὐγούστεια ἐν Περγάμῳ ἱεράν.

Extremas duas victorias virili aetate videtur Artemidorus rettulisse. — De patria vide Ptolem. V 2 p. 321 ed. Wilb: *ἐν μεθορίοις Μυσίας καὶ Λυδίας καὶ Φρυγίας Σέτται, Δαδαλεῖς, Κάδοι.*

739 Neapoli circa annum 1865 reperta tabula marmorea in via *S. Anna alle paludi* (haud procul a lapide M. Aurelii Artemidori n. 738), nunc in museo publico.

ascia — *palma*

Μ · ΑΥΡ · ΕΡΜΑΓΟΡΑΣ ΜΑΓΝΗΣ
ΣΙΠΥΛΟΥ ΠΑΛΑΙΣΤΗΣ ΞΥ
ΣΤΑΡΧΗΣ ΑΚΤΙΩΝ ΚΑΙ ΜΟΜΨΟ Ψ
ΕΣΤΙΑΣ ΚΑΙ ΜΑΓΝΗΣΙΑΣ ΤΗΣ ΠΑ
ΤΡΙΔΟΣ ΠΡΩΤΕΛΛΗΝΟΔΙΚΗΣ
ΟΛΥΜΠΙΩΝ ΕΝ ΕΦΕΣΩ ΚΑΙ ΕΝ
ΣΜΥΡΝΗ ΝΕΙΚΗΣΑΣ ΙΕΡΟΥΣ ΑΓΩ
ΝΑΣ · ΚΘ · ΚΑΙ ΘΕΜΑΤΙΚΟΥΣ · ΡΚΖ ·

ΟΛΥΜΠΙΑ ΕΝ ΠΕΙΣΗ ΙΕΡΑΝ ΑΛΛΑΣ ΙΕΡΑΣ · ΙΗ

in coronis quinque:

ΑΚΤΙΑ $\overline{B}$	ΝΕΜΕΙΑ $\overline{Γ}$	ΑΣΠΙΔΑ $\overline{B}$	ΙΣΘΜΙΑ $\overline{B}$	ΠΑΝΑΘΗ ΝΑΙΑ $\overline{B}$

in coronis duodecim:

ΠΑΝΕΛΛΗ ΝΙΑ $\overline{B}$	ΟΛΥΜ ΠΕΙΑ —	ΑΔΡΙΑΝΕΙΑ ΕΝ ΑΘΗΝΑΙΣ $\overline{B}$	ΠΟΤΙΟ ΛΟΥΣ $\overline{B}$
ΚΟΙΝΟΝ ΑΣΙΑΣ ΕΝ ΣΜΥΡΝΗ —	ΟΛΥΜΠΙΑ ΕΝ ΣΜΥΡΝΗ —	ΟΛΥΜΠΙΑ ΕΝ ΕΦΕΣΩ —	ΑΔΡΙΑΝΕΙΑ ΕΝ ΕΦΕΣΩ —
ΒΑΡΒΙΛΛΗΑ ΕΝ ΕΦΕΣΩ —	ΑΥΓΟΥΣΤΕΙΑ ΕΝ ΠΕΡΓΑΜΩ $\overline{Γ}$	ΤΡΑΙΑΝΕΙΑ ΕΝ ΠΕΡΓΑΜΩ —	ΑΛΕΙΑ ΕΝ ΡΟΔΩ $\overline{B}$

Recognovi. Edidit Gennaro Galante *illustrazione di una lapide antica recentemente ritrovata* (in diario *l' apologista cattolico* 1865); ex Gargiulii delineatione Henzen *ann. dell' inst.* 1865 p. 99 coll. tab. G; Fiorelli cat. 60.

In corona extrema (Ἅλεια ἐν Ῥόδῳ) B̄ Garg. et Galante; nihil nisi — Fiorelli, ego et Henzenius in transcriptione.

Tabula posita videtur ante Commodiorum ludorum, quorum nullam Hermagoras victoriam rettulit, institutionem et post Eusebios ludos Puteolanos ab Antonino institutos.

Enumerantur victoriae sacrae in certaminibus coronariis partae XXIX, accedunt praeterea Olympica una, sacrae aliae non nominatae XVIII. Apparet igitur haec verba Ὀλύμπια ἐν Πείσῃ ἱεράν, ἄλλας ἱερὰς ιη' postea addita esse, tabulam autem positam esse vivo Hermagora.

M. Αὐρ(ήλιος) Ἑρμαγόρας Μάγνης Σιπύλου, παλαιστής, ξυστάρχης Ἀκτίων καὶ Μοψουεστίας καὶ Μαγνησίας τῆς πατρίδος, πρωτελληνοδίκης Ὀλυμπίων ἐν Ἐφέσῳ καὶ ἐν Σμύρνῃ, νεικήσας ἱεροὺς ἀγῶνας κθ' καὶ θεματικοὺς ρκζ'.

(Ὀλύμπια ἐν Πείσῃ ἱεράν, ἄλλας ἱερὰς ιη').

Ἄκτια β'	2
Νέμεια γ'	3
Ἀσπίδα β'	2
Ἴσθμια β'	2
Παναθήναια β'	2
Πανελλήνια β'	2
Ὀλύμπεια α'	1
Ἀδριάνεια ἐν Ἀθήναις β'	2
Ποτιόλους β'	2
Κοινὸν Ἀσίας ἐν Σμύρνῃ α'	1
Ὀλύμπια ἐν Σμύρνῃ α'	1
Ὀλύμπια ἐν Ἐφέσῳ α'	1
Ἀδριάνεια ἐν Ἐφέσῳ α'	1
Βαρβίλληα ἐν Ἐφέσῳ α'	1
Αὐγούστεια ἐν Περγάμῳ γ'	3
Τραιάνεια ἐν Περγάμῳ α'	1
Ἅλεια ἐν Ῥόδῳ β'	2
	29

---

740 Neapoli fragmentum repertum *nei lavori di demolizione del bastione di S. Spirito in Castel Nuovo.*

ΛΔΙΟ
δι(ο)ΓΕΝΗ
(ο)Ν

Ferdin. Colonna apud Fiorellium *notizie degli scavi* 1885 p. 228.

Diogenis nomen fortasse etiam v. 1.

---

741 Neapoli in lapide ex antiquis domus Marcelli Muscettolae fundamentis eruto CAP.

ΗΦΡΗΤΡΙΑΗΟΝΙΟΝΑΕΩΝΛΕΥΚΙΟΝ
ΕΡΕΝΝΙΟΝΠΥΘΩΝΟΣΥΙΟΝΑΡΙΣΤΟΝ
ΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΕΝΚΑΙΕΥΕΡΓΕΣΙΑΣ
ΔΗΜΑΡΧΗΣΑΝΤΑΛΑΥΚΕΛΑΡΧΗΣΑΝ
ΤΑΓΡΑΜΜΑΤΙΣΑΝΤΑΑΡΞΑΝΤΑΤΟΝ
ΠΕΝΤΗΑΕΤΗΡΙΚΟΝ·ΘΕΟΙΣ

Edidit Capaccius hist. Neapol. (ed. 1771) II 481. Hinc Donat. 238, 2; Lasena *dell' antico ginnasio* p. 29; Reinesius I 203 (inde Ignarra de phratriis p. 173); Martorelli theca cal. p. 653; Franz 5797.

Ἡ φρητρία ἡ .... Λεύκιον Ἐρέννιον Πύθωνος υἱὸν Ἄριστον ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐεργεσίας, δημαρχήσαντα, λαυκελαρχήσαντα, γραμματ[εύ]σαντα, ἄρξαντα τὸν πενταετηρικὸν θεοῖς.

De vera versuum divisione dubitare licet. V. 1 phretriae nomen corruptum novis nominibus inventis restituebant Martorelli et Reinesius (hic ἡ Οἰνωναίων): tutius conicias ἡ Κρητονδέων, cf. praef. p. 191 — 5 γραμματίσαντα ortum videtur ex γραμματεύσαντα; ipso in lapide fuit id quod posui — 6 ludi quinquennales fortasse Venerei, cf. praef. p. 191.

---

742 Neapoli lapis nuper erutus GORIUS (1747); nuperrime prope D. Petri in vinculis effossus MARTOR. MARINI (qui suo errore dicit a. 1556 repertum). Apud patres Cruciferos MAFF.; *trovavasi pochi anni sono nel cortile d' un palagio dietro la chiesa di S. Cosimo e Damiano, dove ora più non vedesi* GRANDE.

Γ̄·ΚΛΛΠΟΥΡΝΙΟΣ
ΦΗΛΙΞ
ΤΑΧΡΕΙΣΜΑΤΑ·ΚΑΙΤΗΝ·ΟΡΟ
ΦΗΝ·ΚΑΙΤΑ·ЄΞΩ·ΤΟΥ·ΑΓΟΡЄΥΤΗΡΙΟΥ
ΤΗΙΔΙΑ·ΔΑΠΑΝΗ·ΦΡΗΤΟΡϹΙ·ΠΑΝΚΛЄΙΔΩΝ

Descripsit Martorelli. Edidit Gorius apud Hagenbuchium epist. epigr. p. 468, 13 (d. XVIII m. Febr. a. 1747) et *giorn. de' letterati pubbl. in Firenze* 1747 IV 3, 231. Accuratissime ligno incisam Martorelli thec. cal. 487. 632 (hinc Ignarra de phratriis p. 167 et ni fallor Marini Vat. 9133 f. 350, cui dedit Raf. Vernazzo, ut annus 1556, quo repertum esse ait, levi errore positus sit pro anno 1756, quo anno prodiit Martorellii liber: dixit autem Martorelli nuperrime repertum esse. Denique indidem Franz 5789). Alia apographa habent Ian. Grande *de' cognomi gentilizi* p. 25 et Maffei mus. Ver. 479, 2, cui misit P. Hannibal Marchesi ab Francisco Pratilli acceptum.

Varium lectionem operae pretium non est enotare, neque Grandii qui ipse non vidit somnia assis facienda, qui titulum olim vitiose insculptum posteriore tempore superscripta vera lectione verbisque recte diremptis emendatum esse ariolatur. Videtur ille apographo uti vitioso postea correcto.

Γ(άιος) Καλπούρνιος Φῆλιξ τὰ χρείσματα καὶ τὴν ὀροφὴν καὶ τὰ ἔξω τοῦ ἀγορευτηρίου τῇ ἰδίᾳ δαπάνῃ φρήτορσι Πανκλειδῶν.

743 Neapoli basis marmorea reperta a. 1852 in fundamentis Conservatorii SS. Philippi et Iacobi. Nunc in museo.

ΛΚΛΑΥΔΙΟΝ·
ΑΡΡΙΑΝΟΝ
ΥΠΑΤΟΝ
ΤΟΝΕΥΕΡΓΕΤΗΝ
ΚΡΗΤΟΝΔΑΙ

Λ(ούκιον) Κλαύδιον Ἀρριανὸν ὕπατον, τὸν εὐεργέτην Κρητόνδαι.

Contuli. Edidit Minervini *bull. Napol.* n. s. I 9 (1852); Fiorelli catal. 52.

L. Claudius Arrianus consul anni incerti.

Κρητόνδαι nomen similiter formatum ac Σαώνδας, Φρυνώνδας, Παγώνδας nomina Boeotica, unde quod expectares Κρητῶνδαι non audeo restituere.

---

744 Neapoli in aedibus Hippolytae Ruffae erat memoria, quae ad sacerdotes Theatinos D. Mariae Maioris templum incolentes devenit Capacc. Quod addit de Lavrentiis apud ecclesiam *S. Maria della Pietra Santa* eruderatam esse, nescio id unde sumpserit. Locum non indicat Iord. — Legi annis praeteritis, nunc paene labefactatam vidimus Surg.

Λ·ΚΡΕΠΕΡΑΙΟΝΠΡΟΚΛΟΝ
ΥΠΑΤΟΝΑΝΘΥΠΑΤΟΝΤΟΝΙΔΙΟΝ
ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ
ΑΡΤΕΜΙΣΙΟΙ·ΦΡΗΤΟΡΕΣ
ΑΜΟΙΒΗΣ·ΧΑΡΙΝ

Habet Fabius Iordanus ms. Edidit Capaccius hist. Neap. (ed. 1607) p. 75, a quo pendent Martorelli thec. cal. p. 519. 620 (inde Mariano de Laurentiis, universae Campan. felicis antiquitates I a. 1826 p. 199) et Reinesius ep. ad Hoffm. et Rupert. p. 278 et synt. VI 37. Descripsit etiam Marcant. Surgens de Neapoli illustr. (Neap. 1601, utor edit. a. 1727, ubi est p. 20), ex quo petiit Summonte *historia della città e regno di Napoli* (1602, utor edit. 1748) I 148. Repetiit Franz 5798 coll. add. p. 1255.

Versus 1 et 2 in quattuor divisit Surgens. — 1 Α·ΚΡΕΠΕΛΛΙΟΝ Iord. Λ.ΚΡΕΠΕΡΑΙΟΝ Cap. Α·ΚΡΕΠΕΡΕΙΟΥ|ΠΡΟΚΛΟΥ| Surg. — 2 ΥΠΑΤΟΥΑΝΘΥ|ΠΑΤΟΥ Surg. — ΤΟΝΙΔΙΟΝ Iord. ΤΩΝΙΛΙΩΝ Cap. Surg. — 3 ΕΥΕΡΓΕΙΗΙ Surg.

Λ. Κρεπερ[έ]ιον (vel Κρεπεραῖον?) Πρόκλον
ὕπατον ἀνθύπατον τὸν ἴδιον
εὐεργέτην
Ἀρτεμίσιοι φρήτορες
ἀμοιβῆς χάριν.

L. Crepercium Proclum consulem non novimus, si quidem verum hoc est illius nomen.

---

745 Neapoli lapis ex antiquis domus Marcelli Muscettolae fundamentis erutus.

ΟΙΠΟΛΙΤΑΙΣΕΛΕΥΚΟΝΣΕΛΕΥΚΟΥΔΙΣ..ΓΥΜΝΑΣΙΑΡ
ΧΟΝΑΡΞΑΝΤΑΤΕΣΣΑΡΩΝΑΝΔΡΩΝΛΑΥΚΕΛΑΡΧΗΣΑΝΤΑ
ΑΡΧΟΝΤΑΤΟΝΔΙΑΠΕΝΤΕΕΤΩΝΤΙΜΗΤΙΚΟΝ...
ΑΦΡΟΔΙΤΗΣΕΥΝΟΙΑΣ.ΘΕΟΙΣ

Edidit Capaccius hist. Neap. (ed. 1607) p. 900. Inde Lasena *dell' antico ginnasio Napoletano* (Romae 1641); Reines. I 204; Martorelli theca cal. p. 654; Ignarra de phratriis p. 180; Franz 5796.

Honorarii tituli formam plane insolitam neque ullo modo ferendam ut corrigamus duplicem ansam praebet ipsum Capaccii apographum, in quo cum duobus locis lacuna notetur ubi nihil omnino desideratur (post ΔΙΣ et ΤΙΜΗΤΙΚΟΝ), aliis duobus tamquam integra oratio exhibetur quae aperte hiat. His igitur locis cum pro explorato habeam olim versus terminatos fuisse, transcribam titulum eo quo dispositus fuisse videatur ordine adhibitis simul supplementis necessariis.

Οἱ πολῖται
Σέλευκον Σελεύκου δὶς
γυμνασίαρχον, ἄρξαντα [τὴν
τεσσάρων ἀνδρῶν, λαυκελ-
αρχήσαντα, ἄρχοντα τὸν
διὰ πέντε ἐτῶν τιμητικὸν
Ἀφροδίτης,
εὐνοίας [ἕνεκα
θεοῖς.

V. 3 aut τὴν inserendum fuit hoc loco aut ἀρχὴν post ἀνδρῶν v. 4 — 5 τὸν τιμητικὸν scil. ἀγῶνα, cf. praef. p. 191. Vv. 7 et 8 in unum fortasse coniungendi erant.

746 Neapoli tabula marmorea valde detrita reperta 'paucis abhinc annis in erutis veterum aedificiorum ruderibus' [sine dubio extra portam Nolanam] SVRG. In aedibus Gasparis Ricchi CAP. Nunc in museo.

Τ · ΦΛΑΟΥΙΟΣΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΥ
ΥΙΟΣΚΥΡΕΙΝΑΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΣ
ΑΔΑΝΕΥΣΟΚΑΙΑΝΤΙΟΧΕΥΣΑΠΟ
ΔΑΦΝΗΣ · ΝΕΙΚΗΣΑΣΤΟΝΑΓΩΝΑΤΩΝ
ΜΕΓΑΛΩΝΚΑΠΕΤΩΛΕΙΩΝΤΟΝΠΡΩΤΩΣΑΧΘΕΝΤΑ
ΑΝΔΡΩΝΠΑΓΚΡΑΤΙΟΝΟΛΥΜΠΙΑΒΠΥΘΙΑΒΝΕΜΕΙΑΒ
ΑΚΤΙΑΝΕΑΝΠΟΛΙΝΑΝΔΡΩΝΠΑΝΚΡΑΤΙΟΝΙΣΘΜΙΑΑΓΕ
ΝΕΙΩΝΠΑΝΚΡΑΤΙΟΝΚΟΙΝΟΝΑΣΙΑΣΕΝΖΜΥΡΝΗΑΓΕΝΕΙ
ΩΝΠΑΝΚΡΑΤΙΟΝΚΑΙΤΗΕΞΗΣΠΕΝΤΑΕΤΗΡΙΔΙ[ΑΝΔΡΩΝ
ΠΑ]ΛΗΝΚΑΙΠΑΓΚΡΑΤΙΟΝΚΑΙΠΑΛΙΑΝΔΡΩΝΠΑΝΚΡΑΤΙΟΝ
ΠΡΩΤΟΣΑΝΘΡΩΠΩΝΚΟΙΝΟΝΑΣ · ΕΝΠΕΡΓΑΜΩ
ΑΝΔΡΩ̣Ν]ΠΑΝΚΡΑΤ[ΙΟ]ΝΕΝΕΦΕΣΩΒΑΛΒΙΛΛΗΑΠΑΙΔΩ .
.........ΙΙ..ΙΠΑΛΙΚΑΤΑΤΟΕΞΗΣΑΝΔΡΩΝΠΑΝΚΡΑ
....ΕΝΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΤΟ̣ΝΙΕΡΟΝΠΕΝΤΑΕΤΗ.. *vacat*
...ΚΟΙΝΟΝΣΥΡΙΑΣΚΙΛΙΚΙΑΣΦΟΙΝΕΙΚΗΣΕΝΑΝ *vacat*
ΤΙΟΧΕΙΑΒ]ΑΝΔΡΩΝΠΑΝΚΡΑΤΙΟΝΕΦΕΣ..ΤΡΑΛ *vacat*
....Δ̄ · ΣΑΡΔΕΙΣ · Ē · ΛΑΥΔΙΚΕΙΑΝ · Ē ///////////// *vacat?*
....ΝΕΞΑΡΓΟΥΣΑΣΠΙΔΑΚΑΙΑΛΛΟΥΣ.ΕΝ
....ΟΥΣΑΓΩΝΑΣ · ΙΔ̄Υ... [Σ......
ΑΡΤΕΜΙΔΩΡ]Ο[Ν]ΑΘΗΝΟΔΩΡΟΥΑ
...ΗΘΕ]ΝΤΟΣ[Α]ΘΗΝΟΔΩΡ//Ι

Descripsi. Exhibui Surgentis lectionem uncinis inclusam meamque ipsius suppletam aliquotiens ex Belochii apographo. Pessime partem priorem (i. e. v. 1—12 med.) edidit Capaccius hist. Neap. (ed. 1607) p. 251 multis omissis, versibus ad libidinem divisis, ex quo pendent fere omnes, Reinesius V 22; Spon. misc. p. 362; Donius IV 61 (ex schedis Stephanonii); Ignarra de palaestra p. 80; Franz 5806. Neglexerunt omnes eum qui optime descripsit Surgens Neap. illustr. p. 116. Nuper ex lapide Beloch *bull. dell' inst.* 1877 p. 109 cum Henzenii notis. Habet etiam Fiorelli catal. 57.

Var. lect. Capaccium eiusque asseclas omitto, Surgentis discrepantiam eo diligentius enotaturus. 5 ΤΟΝ Surg. Beloch — 6 ΠΑΝΚΡΑΤΙΟΝ Surg. Bel. fortasse recte — 10 ΠΑΛΗΝ Surg., ////ΛΗΝ ego, lacunam habet Beloch — priore loco ΠΑΝΚΡΑΤΙΟΝ Surg. Bel. fort. recte — 12 ΒΑΛΒΙΛΛΗΑ etiam Surg., ΒΑΛΒΙΛΛΕΙΑ Beloch — ΠΑΙΔΩΝ Bel., ΠΑΙΔΩ Surg., ΓΑΙ//⌒ ego — 13 in. ΩΝΙΠΑΛΙ Beloch, ...ΠΑΝ Surg., //////////ΠΑΛΙ ego — 14 init. ΤΙΟΝ unus Beloch — 15 ΦΟΙΝΕΙΚΙΑΣ Surg. — 16 init. ΤΙΟΧΕΙΑΒ Surg., ΤΙΟΧΕΙΑ Beloch, qui fortasse supplevit potius quam legit; ego ante ΑΝΔΡΩΝ nihil vidi — ΕΦΕΣ.. Beloch, eodemque ducunt quae ego excepi litterarum vestigia, ΕΝΕΦΕΣΙ..... Surg. qui plura in hoc versu non habet — 17 ....ΔΙΣΑΙΔΕΙΣ Surg. — ΜΥΔΙΚΕΙΑΝΒ idem — 18 ΑΛΛΩΣ ΕΝ Surg., ΚΑΙ ΑΛΛΟΥΣ Bel., ΚΑΙΑΛ/....ΕΝ.. ego — 19 ....ΗΡΟΥΣ ΑΓΩΝΑΣΡ Ζ Υ...Σ...... Surg., ////ΝΟΥΣΑΓΩΝΑΣΕΑΥτῷ καὶ Beloch, qui ab initio novem supplebat litteras — 20 extremam Λ litteram non habet Surgens, Beloch in hoc versu solum ΑΘΗΝΟΔΩΡΟΥΑ — 21 //ΗΘΕΝΤΟΣΑΘΗΝΟΔΩ... Surg., ...ΘΗΝΟΔ Beloch, ...ΝΤΟΣ////ΗΝΟΛ⌐Ρ//Τ ego. — Praeterea ubique ex lapide A formam dedi et litteras rectius disposui.

1162 Herma duplex; apud cardinalem Caesium Stat. Urs. in horto Iulii III P. M. Boiss. Neapoli in museo Visc. ego.

ΘΟΥΚΥΔΙΔΗϹ

a ΗΡΟΔΟΤΟϹ

Descripsimus Michaelis et ego. Ligorius Taur. 23 p. 103; ed. Statius tab. 3. 4; Ursinus p. 87. 89 (hinc memorat Faber ad Gallaeum p. 43); Gallaeus tab. 144; ex Statio Boissard VI 47, 6. 7; ex Ursino Bellori tab. 81. 89; denuo Visconti *iconogr. gr.* tab. 27 coll. vol. I 227; repetiit Franz 6057. Cf. Michaelis *Bildn. des Thucyd.* p. 1. 2.
Θουκυδίδης. Ἡρόδοτος.

1163 Herma acephalus repertus in villa Cassii Tiburtina a. 1780 Visc. extat in museo Vaticano.

ΘΑΛΗΣ
ΕΞΑΜΥΟΥ
ΜΙΛΗΣΙΟΣ

Descripsi. Visconti sched. Paris. cod. Lat. 9697 f. 107. 109'; ed. idem *mus. P.-Cl.* I 14 cf. tab. 6; hinc Franz 6059.

Θαλῆς Ἐξαμύου Μιλήσιος.

1164 Herma capite falso imposito; Romae in villa Montaltina Ptol. Stosch. In villa Massimo Mass. In museo Ienkins Visc. Nunc Berolini in museo.

ΙΘΕΜΙΣΤΟΚΛΗΣΙ
ΟΝΑΥΜΑΧΟΣ·Ι·Θ

Descripsit Dessau, imaginem photographicam dedit Michaelis. Sched. Ptolomei cod. Sen. VIII 2, 413 (inde ed. Murat. 858, 1); sched. Stoschii apud Gorium cod. Marucell. A 6; Visconti *monum. scritti del museo Ienkins* (1787) p. 34, 16; repetiit Victorius Massimo *notizie istoriche della villa Massimo alle Terme Diocleziane* (1836) p. 180 n. 14; Franz 6063 coll. add. p. 1264.

Θεμιστοκλῆς ὁ ναυμάχος.

Titulus genuinus est teste Conzio *Verz. d. ant. Sculpt. d. Kgl. Mus.* (1885) p. 63 n. 311, cui accedunt Dessau et Fabricius, qui mea causa lapidem examinaverunt.

1165 Herma integer Tibure ut videtur repertus; *il viso barbato, calvo da le tempie* Stat. ms. In domo Pauli Maximi San. Ibidem i. e. in domo Dominici de Maximis Ivc. Magl. (ibidem i. e. in domo Francisci Porcarii Veron. ibidem i. e. in domo Marcelli Capo de Ferro Bon.) In Maximorum domo sub antiquissimo marmoreo capite Morill. *In casa di Monsig. Domenico di Massimi* Stat. ms. Apud Horatium Maximum Stat. ed. In aedibus Maximorum Vrs. ed. Apud Petrum de Maximis Gall. In aedibus Fabritii de Maximis Bell. Inde transiit in villam Albani, inde in Britanniam, ubi erat penes medicum Mead, quo mortuo rediit Romam emptus ab Alexandro card. Albani Winckelm. (*mon. ined.* p. 77) Visc. Nunc in villa Albani.

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΣ
ΜΕΛΑΝΤΑ
ΕΡΕΣΙΟΣ

Descripsit Michaelis. Sabinus Ottob. f. 35, Chis. f. 71, Marc. f. 142; Iocundus Veron. f. 95, Magl. 28, 5 f. 37', 28, 34 (syll. II) f. 85, Bonon.; ex Morill. apographo Metellus Vat. 6039 f. 242' et Smetius ed. f. 45' (hinc Grut. 326, 3); Ligorius Taur. 23 p. 118; Statius Vallicell. B 104 f. 177', ed. tab. 13; ex Statio Boissard sched. Paris. f. 198, ed. VI 44; Ursinus ed. p. 59; Gallaeus tab. 143; Bellori tab. 38; museum Meadianum (1755) p. 221; Visconti *iconogr. gr.* tab. 21, 1 coll. vol. I 191; Franz 6064; Petrus Herc. Visconti *catal. vill. Alb. iscriz.* V 125.

Θεόφραστος Μελάντα Ἐρέσιος.

Suidas s. v. Θ. Μελάντα γναφέως, οἱ δὲ Λέοντος. Melantas igitur loco priore.

Eiusdem tituli exemplum novicium in columna marmorea litteris pessimis expressum Romae in aedibus Merolli vidit Ioannes Schmidt et ectypum confecit:

ΕΙΕΓΙ ΦΕΛΣΙΟΣ
ΧΜΕΛΑΝΤΑ
ΕΡΓΣΓΙΣ

1166 Protome marmorea in museo Capitolino.

ΙΕΡΩΝ

Descripsi.

Ἱέρων.

1167 Herma; Tibure in domo Morontis privati civis Leonc. Sine loco inter Tiburtinas reliqvi.

ΦΥΤΙΟΥ
ΡΙΙΕΤΝΟΣ

Calistus Leoncinus syll. inscr. Tiburtin. (a. 1537) cod. Senens. CIII 27 f. 23, eodemque exemplo Mancinus apud Metellum Vat. 6039 f. 345 et Pighius Berol. A 61 f p. 101; item Pingoni Taur. tabularii sched. f. 84.

[Ἴβυκος] Φυτίου Ῥ[ηγῖ]νος.

Titulus sine dubio genuinus; Φύτιος patris nomen primo loco ponit Suidas s. v.

1168 Herma acephalus (caput quod exhibet Statius falso impositum, cf. Ursini praef. p. 6); extra Tibur in aede S. Marci (a. 1503) Sied. In hortis card. de Medicis prope villam Iulii III Pont. Max. Stat. Apud Ferdinandum card. Mediceum Urs. Apud magnum Etruriae Ducem Gall. Florentiae Gor. Sine loco reliqvi.

ΙΣΟΚΡΑΤΗΣ
ΘΕΟΔΩΡΟΥ
ΑΘΗΝΑΙΟΣ

Sieder Mut. f. 76; Accursius Ambr. O 125 folio non numerato; Ligorius Taur. 23 p. 72. 73, Neap. XIII B 7 p. 413; Pighius Berol. f. 142; Ursinus Vat. 3439 f. 123; ed. Statius tab. 10 (hinc Boissard sched. Paris. f. 197, ed. VI 42); Ursinus p. 77; Gallaeus tab. 76 (hinc Bellori tab. 82); Gori inscr. Etr. I 79, 228; repetiit Franz 6066.

Ἰσοκράτης Θεοδώρου Ἀθηναῖος.

1169 Protome marmorea Romae in villa Albani Visc.

infra:

ΕΙCΟΚΡΑΤΗϹ

Visconti *iconogr. gr.* tab. 28, 3 coll. vol. I 248; inde Franz 6067.

Εἰσοκράτης.

1170 Herma; cum capite STAT., sine capite VRS. Extra Tibur in templo S. Mariae in via ad villam Hadriani SIED. In Pisoni MET. (i. e. eo loco qui *li Pisoni* vulgo vocabatur). In hortis Aldobrandinis ad viam Flaminiam CITT. In hortis card. de Medicis prope villam Iulii III Pont. Max. STAT. Apud Ferdinandum card. Mediceum VRS. ed.

ΚΑΡΝΕΑΔΗΣ
ϕΙΛΟΚΩΜΟΥ
ΚΥΡΗΝΑΙΟΣ

Sieder cod. Mutin. f. 74; Metellus Vat. 6038 f. 93; Cittadini Vat. 5253 f. 321, Marc. XIV 116 p. 141; Ligorius Taur. 23 p. 68. 69, Neap. XIII B 7 p. 413; Ursinus Vat. 3439 f. 124; Pighius Berol. f. 142; ed. Statius tab. 14 (hinc Boissard sched. Paris. f. 199, ed. VI 41); Ursinus p. 66; hinc memorant Faber ad Gallaeum p. 24 et Visconti *iconogr. gr.* I 177; ex editis Franz 6069.

1 ΚΑΡΝΕΑΔΙ Met. ΚΑΡΝΕΑΔ Stat. — 2 ϕΙΛΟΚΩΜ Met. Stat. ϕΙΛΟΚΟΜΟΣ Citt. qui non magis integrum vidit — 3 ΚΥΡΕΙΝΑΙΟ Met. ΚΥΡΗΑΙΟΣ Sied. Extremae igitur singulorum versuum litterae aut mutilae fuerunt aut fracto lapide perierunt.

Καρνεάδης Φιλοκώμου Κυρηναῖος.

Patrem Suidas Φιλόκωμον dicit; apud Diogenem L. IV 9, 1 haec leguntur Καρνεάδης Ἐπικώμου ἢ Φιλοκώμου, ὥς Ἀλέξανδρος ἐν διαδοχαῖς, Κυρηναῖος. Non igitur ambiguum utrum nomen certiore fide traditum fuerit.

1171 Protome. Apud cardinalem Farnesium in marmore GALL. Romae viderat cum titulo etiam VISC. Postea Neapolin translata, sed *les recherches faites par M. Montagny pour le retrouver étaient inutiles* VISC. Cf. Bernoulli *Bildn. berühmter Griechen* (Basileae 1877) p. 21.

in pallio scriptum:

ΚΑΡΝΕΑΔΗΣ

Gallaeus tab. 42; titulum addidit Faber ad Gallaeum p. 24; Visconti *iconogr. gr.* tab. 19, 1. 2 coll. vol. I 177; ex Viscontio Franz 6070.

Καρνεάδης.

De titulo constat Viscontii potissimum testimonio; quae extat etiam nunc Neapoli in museo Carneadis protome, in ea neque Gerhard (*Neap. ant. Bildw.* p. 104 n. 358) titulum vidit nec Finatus (*mus. Burb.* p. 366 n. 429) nec Michaelis.

1172 In vinea Bonelli ad viam Portuensem hermae reperti complures, in his:

ΚΑΡ*νεάδης* C

Sic suppletam ed. Garrucci *civiltà catt.* ser. 4 vol. X 1861 (paginam non notavi); cf. Lanciani *bull. comun.* 1884 p. 31.

1173 *A Lorio sulla via Aurelia* statua reperta d. 13 m. Dec. 1823.

sotto la statua sedente

ΚΛΕΟΒΟΥΛΟC
ΛΙΝΔΙΟC

Amati Vat. 9745 f. 1, ed. idem *giorn. arcad.* 1824 (m. Octobr.) vol. XXIV 80.

Κλεόβουλος Λίνδιος.

1174 Herma acephalus repertus Tibure a. 1780 in villa Cassii VISC. nunc in museo Vaticano.

ΚΛΕΟΒΟΥΛΟΣ
ΛΙΝΔΙΟΣ

ΜΕΤΡΟΝΑΡΙΣ
ΤΟΝ

plinthus

Descripsi. Visconti sched. Paris. cod. Lat. 9697 f. 107. 109'; ed. idem *museo P.-Cl.* I 14, VI tab. 22; *iconogr. gr.* I 126; repetiit Franz 6073.

Κλεόβουλος Λίνδιος. μέτρον ἄριστον.

Cleobuli herma basi impositus est quadratae, quae olim alius hermae fuit; in hac nominis nescio cuius prima littera A superest teste Michaelisio, qui vidit. Cf. ad n. 1144.

1175 Protome apud card. Caesium STAT. VRS., qui bicipitem exhibent. Apud Ducem Aquae Spartae in marmore GALL. (eadem imagine). Reperire non potuit VISC.

///// ΔΑΜΑΣ

Statius ed. tab. 15; Ursinus ed. p. 76; Gallaeus tab. 84 (ex Statio); ex Ursino Bellori tab. 83, Visconti *iconogr. gr.* tab. 30, 5 coll. vol. I 263, Franz 6075.

ΛΑΜΑΣ Stat. ΔΑΜΑΣ Urs.

Faber ad Gallaeum p. 51: 'eadem effigies reperitur in diaspro viridi cum inscriptione ΛΕΩΔΑΜΑΣ.'

Adfirmat Ursinus ab initio non plus tres litteras suppleri posse: [Λεω]δάμας.

De Leodamante Acharnensi vide Orat. att. ed. Tur. II 244.

1176 In vinea Mangani herma acephalus.

ΛΥΚΟΥΡΓΟC

Descripsit C. L. Visconti.

Consimilem hermam in vinea Bonelli ad viam Portuensem cum aliis repertum rettulit Garrucci *civiltà catt.* ser. 4 vol. X 1861 (paginam non notavi):

ΛΥΚΟΥΡΓΟC

Cf. Lanciani *bull. comun.* 1884 p. 31.

Λυκοῦργος.

1177 In Vaticano herma.

ΛΥΚΟΥΡΓΟC

Λυκοῦργος.

Visconti sched. Paris. cod. Lat. 9697 f. 107. 109. 109'; ed. idem *mus. P.-Cl.* I 14 et *opere varie* II 442; repetiit Franz 6076.

1178 Tibure sine dubio repertum hermae fragmentum; in museo Vaticano Visc. ego.

ΛΥΚΟΥΡΓΟΣ
ΛΥΚΟΦΡΟΝΟΣ
ΑΘΗΝΑΙΟΣ

Descripsi. Visconti sched. Paris. cod. Lat. 9697 f. 109; ex schedis Thorlacii Franz 6077.

Λυκοῦργος Λυκόφρονος Ἀθηναῖος.

1179 Protome marmorea; apud Alexandrum card. Farnesium Vrs. Gall. Neapoli in museo Visc. ego.

ΛΥΣΙΑΣ

Descripsi. Habet Ligorius Taur. 23 p. 326; ed. Fulvius Ursinus p. 75; Gallaeus tab. 85 (non ex Ursino); ex Ursino Bellori tab. 84; denuo Visconti *iconogr. gr.* tab. 28, 1. 2 coll. vol. I 242; repetiit Franz 6078.

Λυσίας.

1180 Herma capite integro. Loco non indicato Vrs. Extat apud Horatium Victorium Gall. Nunc in *Holkham Hall* (*Norfolk*).

ΛΥΣΙΑΣ *sic*

Sic Michaelis *ancient marbles* p. 317 n. 48. Ursinus ed. p. 75; Faber ad Gallaeum p. 52; Franz 6079.

ΛΥΣΙΑΣ Urs. Fab.

Λυσίας.

1181 Clupeus marmoreus, in quo protome exsculpta, in *Marbury Hall (Cheshire).*

ΜΕΝΑΝΔΡΟϹ

Scharf *transactions of the royal society litt. (new series)* IV; Michaelis *ancient marbles* p. 514 sq.

Scharfio protome non diversa videbatur esse ab ea quae olim apud Fulvium Ursinum fuit (n. 1182); cui recte propter imaginis quaedam discrimina obloquitur Michaelis; nec Viscontius litterarum formas indiligenter expressisse credi potest, si quidem ipse dicit *les dessins gravés ici sont tirés de croquis très exacts, faits autrefois sous mes yeux*; et plane easdem litterarum formas exhibuerunt cum Ursinus tum qui minime Ursini tabulam repetit Gallaeus.

Μένανδρος.

1182 Clupeus marmoreus, in quo protome efficta. Apud Fulvium Ursinum Vrs. Gall. Inter marmora Farnesiana olim viderat, postea autem reperiri non iam potuisse nec Romae nec Neapoli narrat Visconti.

ΜЄΝΑΝΔΡΟϹ

Ursinus p. 33; Gallaeus tab. 90; Visconti *iconogr. gr.* tab. 6, 3 coll. vol. I 89; repetiit Franz 6085.

Μένανδρος.

1183 Romae herma acephalus Menandri (una cum Homeri) repertus *a la villa di Aeliano fuora di porta S. Paolo circa sei miglia* Vrs. (quae de suo exornavit Ligor.) Repertus in suburbio ad III fontes extra portam Trigeminam, nunc Sancti Pauli; translatus inde in eam molem, quae volgo Mausoleum Augusti dicitur Stat. ed. *In casa di Ms. Paulo Antonio Soderino al mausoleo di Augusto* Stat. ms. In mausoleo Augusti Lips. Ad templum S. Rocchi Boiss. Taurini in regia academia Mvr. Maff. Ibidem in atrio universitatis nunc extat. — Ab Carolo Emanuele I hermam cum aliis monumentis Romae emptum Taurinum advectum esse coniecerunt Editores marm. Tavrin.

ΝΑΝΔΡΟΣ

ΝΣΤΗΣΑΙΣΥΝΕΡΩΤΙΦΙΛΩΣΕΜΕΝΑΝΔ
ΕΤΕΛΕΙΣΟΡΓΙΑΤΕΡΠΝΑΘΕΟΥ
ΟΡΕΩΝΑΙΕΙΘΕΟΝΟΠΠΟΤΕΚΑΙΝΥΝ
ΗΝΚΑΤΙΔΩΝΑΥΤΙΚΑΠΑΣΣΕΦΙΛΕΙ

ΤΑΙΡΟΝΕΡΩΤΟΣΟΡΑΣΣΕΙΡΗΝΑΘΕΑΤΡΩΝ
ΝΑΝΔΡΟΝΑΕΙΚΡΑΤΑΠΥΚΑΖΟΜΕΝΟΝ
ΙΘΡΩΠΟΥΣΙΛΑΡΟΝΒΙΟΝΕΞΕΔΙΔΑΞΑ
ΚΗΝΗΝΔΡΑΜΑΣΙΠΑΣΙΓΑΜΩΝ

ΤΗΣΑΚΑΤΟΦΘΑΛΜΟΥΣΣΕΜΕΝΑΝΔ
ΗΡΕΙΗΣΦΙΛΤΑΤΕΜΟΙΚΕΦΑΛΗΣ
ΡΑΕΤΑΞΕΣΟΦΟΣΚΡΕΙΝΕΙΝΜΕΤΕΚΕΙΝΟΝ
ΟΣΚΛΕΙΝΟΣΠΡΟΣΘΕΝΑΡΙΣΤΟΦΑΝΗΣ

Descripsi utorque ectypo chartaceo, in quo tamen vv. 10—13, quos videri posse ab alia manu ac reliquos insculptos esse describens notavi, non fere apparent.

Fulvius Ursinus epist. ad Antonium Augustinum d. XVIII m. Martii a. 1567 data in cod. Matrit. bibl. nat. Q 87, idemque ed. imag. p. 33 (hinc Grut. 1027); Achilles Statius Vallicell. B 102 f. 6', idemque ed. tab. 16; Ligorius Taur. XXIII f. 30; Boissard VI 34; Lipsius auct. p. 59; Maffei M. V. app. p. 229; ab Ludovico Caissotto Muratori 656, 2. 657, 1; marm. Taurin. I 170; repetiit Franz 6083.

Vv. 2 et 10 non habent nunc integrum nomen ΜΕΝΑΝΔΡΕ nec fortasse unquam habere poterant; conicias litteras ΡΕ in dextro hermae latere additas fuisse.

Integriora haec videbantur priores vidisse, e quibus Ursinus, Ligorius, Statius, Lipsius, Boissard sic titulum exhibent:

Μένανδρος.

Ἐχρῆν μὲν στῆσαι σὺν Ἔρωτι φίλῳ σε, Μένανδρε,
  ᾧ σὺν ζῶν ἐτέλεις ὄργια τερπνὰ θεοῦ·
δῆλος δ' εἶ φορέων αἰεὶ θεόν, ὁππότε καὶ νῦν
  τὴν μορφὴν κατιδὼν αὐτίκα πᾶς σε φιλεῖ.
Φαιδρὸν ἔπαιζον Ἔρωτος ὁρᾷς, Σειρῆνα θεάτρων,
  τόνδε Μένανδρον ἀεὶ κρᾶτα πυκαζόμενον·
οὕνεκ' ἄρ' ἀνθρώπους ἱλαρὸν βίον ἐξεδίδαξα,
  ἡδύνας σκηνὴν δράμασι πᾶσι γάμων.
Οὐ φαῦλος ἕστηκα κατ' ὀφθαλμούς σε, Μένανδρε,
  τῆσδέ γ' Ὁμηρείης, φίλτατέ μοι, κεφαλῆς,
ἀλλά σε δεύτερα ἔταξε σοφὸς κρίνειν μετ' ἐκεῖνον
  γραμματικὸς κλεινὸς πρόσθεν Ἀριστοφάνης.

atque plane sic Ursinus primus huius tituli testis ad Augustinum misit epigramma haec addens, quae ex codice Matritensi Gustavus Loewe, officiosissimus semper donec praematura morte abreptus est amicus, mihi descripsit: *le voglio ben mandare adesso li epigrammi greci che sono in due termini, l' uno di Homero, e l' altro di Menandro — che sono bellissimi e sono questi così trascritti in tre piccole* Μένανδρος. Ἐχρῆν μὲν κτλ.'. Tamen ut Maffeio credam priora versuum verba ipsum Ursinum nequaquam vidisse sed ingeniose supplevisse, et Ludolphus Stephani effecit disserens de hoc titulo ind. lect. Dorp. 1850 I p. 13 et ipsa cogunt supplementa, quae ut alia satis commode et scite sint excogitata pleraque tamen pugnant cum poetae consilio nec spatio apta sunt; cf. etiam Aug. Nauck Philologi vol. IX 175 et *bull. de l'acad. de St.-Pétersbourg* IV (1880) p. 658. Certum est versu extremo Ursini supplementum octo litterarum, itaque in pentametris totidem fere ubique adiciendae erunt; hexametris ad similitudinem hermae Homerici (infra n. 1188) fortasse novenae litterae concedi possunt supplendae.

Μέ]νανδρος.

Οὐ φθόνος ἦ]ν στῆσαι σὺν Ἔρωτι φίλῳ σε, Μένανδ[ρε,
  οὗ ζώων γ'] ἐτέλεις ὄργια τερπνὰ θεοῦ·
δῆλος δὲ εἶ] φορέων αἰεὶ θεόν, ὁππότε καὶ νῦν
  εἰκόνα σ]ὴν κατιδὼν αὐτίκα πᾶς σε φιλεῖ.

Φαιδρὸν ἔ]παιζον Ἔρωτος ὁρᾷς, Σειρῆνα θεάτρων,
  κλωσὶ Μ]ένανδρον ἀεὶ κρᾶτα πυκαζόμενον·
φησὶν δέ· 'ἀ]νθρώπους ἱλαρὸν βίον ἐξεδίδαξα,
  ἐμπλέξας] σκηνὴν δράμασι πᾶσι γάμων.'

Οὐκ ἄλλως] ἕστηκα κατ' ὀφθαλμούς σε, Μένανδ[ρε,
  γείτον' Ὁ]μηρείης, φίλτατέ μοι, κεφαλῆς,
εἰ σέ γε δεύτ]ερα ἔταξε σοφὸς κρίνειν μετ' ἐκεῖνον
  γραμματι]κὸς κλεινὸς πρόσθεν Ἀριστοφάνης.

2 ἔπρεπε μὴν Steph. οὐ μεμπτόν Nauck — 3 οὗ ζώων γ' Nauck ὃς πρόσθεν γ' Steph. — 5 suppl. Nauck — 6 ἐσθλὸν Steph. Nauck, sed spatio melius convenit Ursinianum — 7 suppl. Steph. — 8 suppl. Nauck — 9 μεστώσας Nauck; praestare videbatur quod posui — 10 suppl. Steph. — κατ' ὀφθαλμούς i. e. *ante meos oculos*; loquitur is qui posuit imaginem in cubiculo Aelianus, cf. infra n. 1188; hinc supplevi v. 11 — 12 σεὶ γὰρ δεύτερα Stephani, melius ὅστινα Wilamowitz, εἰ σέ γε ego — 13 cf. Nauck Arist. Byz. fragm. p. 249 et quae dixi epigr. 1085.

1184 Romae Vrs. Roma missum Pighio Pigh. *Nella villa Cornelia nei Sabini, dove oggidì si chiama il luogho Bocchignano nell' abadia di Farsa, anticamente Foro Decio* Lig. Bochignani Grvt. In monasterio SS. Andreae et Gregorii in monte Caelio Sandr.

ΜΕΝΑΝΔΡΟΣΔΙΟΠΕΙΘΟΥΣ
ΚΗΦΙΣΙΕΥΣΕΓΕΝΝΗΘΗΕΠΙ
ΑΡΧΟΝΤΟΣΣΩΣΙΓΕΝΟΥΣ
ΕΤΕΛΕΥΤΗΣΕΝΕΤΩΝ·Ν'
ΚΑΙ·Β'ΕΠΙΑΡΧΟΝΤΟΣ
ΦΙΛΙΠΠΟΥΚΑΤΑΤΟΒ
ΚΑΙΛ'ΕΤΟΣΤΗΣΠΤΟΛΕΜΑΙ
ΟΥΤΟΥΣΩΤΗΡΟΣΒΑΣΙΛΕΙΑΣ

Sic ad lapidem, ut ait, Sandrius in Odericii dissert. p. 365, 3. Habent Ligorius in libro Sabinensi (de quo v. Mommsen CIL IX p. LX et ibid. ad n. 4854) f. 6 = 100 et Taur. XXIII f. 33; Pighius Berol. A 61 f. 61; ed. Ursinus imag. p. 33 (inde Faber ad Gallaeum p. 56, alii); ex schedis Ursini Gruterus 918, 12. 1027, 2 (hinc marm. Taurin. I 170); ex Ligorii schedis Vaticanis (?) Welcker mus. Rhen. III (1845) p. 465; repetiit Franz 6084. Itaque si ab Sandrio discesseris, unus testis Ligorius est.

4 ·Ν̄· itemque 5 ·Β̄·, 6 ·Β̄·, 7 ·Λ̄· priores — 5 ΜΑΙΩ (pro ΚΑΙ·Β) Lig. Sabin., errans in legendo, ut recte ait Mommsen, nequaquam fingens; ΚΑΙ·Β̄·ΜΑΙΩΕΠΙ Grut. 918, ut tamen aut ΚΑΙ·Β̄ aut saltem ΚΑΙ in margine adiectum videatur emendationis instar; ΚΑΙ Β̄ ΕΠΙ Grut. 1027, ubi in nota ΑΙ·ΜΑΙΩ — 6 ΦΡΑΙΠΑΟC Lig. Sab. et Grut. 918 (sed ΦΙΛΙΠΠΟΥ Urs.), ΦΑΙΔΩΝΟC Lig. Taur. — 7 ΚΑΙ·Α'· Lig. ΚΑΙ·Λ̄· Pigh.

Ipsum Ligorium titulum comminisci vel adeo lapidi inscribere potuisse incredibile plane est: sequitur ut genuinum esse credamus i. e. factum ab homine aliquo privato aetatis fortasse imperatoriae.

Natus dicitur Menander archonte Sosigene ol. 109, 3 (342/1), denatus archonte Philippo, cuius annus incertus est: ol. 122, 1 (292/1) collocant cum alii tum Droysenus *Hellen.* II 2, 397, rectius fortasse Ungerus (Philol. 38 p. 447) et Wilamowitzius (Antig. p. 240) ol. 121, 4 (293/2). Prius si probaveris, Philippi magistratus Ptolemaei quidem Soteris, si regnum eius ab a. 323 repetas, annus tricesimus secundus recte dicitur, sed qui a. 342/1 natus a. 292/1 mortuus est, is non LII sed L annos in vivis fuit; sin vero Philippum a. 293/2 fasces gessisse statueris, nec Ptolemaei annum secundum sed primum et tricesimum, nec Menandri annos LII sed LI efficies. Iam vero Philippi annum Menandri extremum fuisse testis est et Eusebius (ol. 122, 1) et Gellius XVII 21, qui LII anno post obitum Menandri Livium Andronicum primum omnium fabulas docere Romae coepisse (i. e. a. 240) ait. Ad aetatem LII annorum pervenisse poetam tradiderat Apollodorus in chronicis (Gellius XVII 4), ex quo et scriptoris de comoedia (ed. Duebn. p. XV 83) et tituli eius de quo agitur fides pendet. Restat ut de anno natali quaeramus, in quo cum sine dubio erratum sit causa erroris circumspicienda est. Concedendum est Alexandrinos grammaticos de anno fatali poetae propemodum aequalis facile certiores fieri potuisse, multo vero difficilius de anno natali, quem illos plane ignorasse pro certo habeo. Itaque ad computos et coniecturas confugiendum erat. Sciebant autem illi ex didascalicis monumentis, Menandrum primam victoriam rettulisse Ira fabula archonte Philocle ol. 114, 3 (322), quam quidem fabulam docuit ἔφηβος ὤν (Euseb. ad ol. 114, 4, scriptor de com. p. XV 80); iuvenilem aetatem ipse poeta in ipsa fabula aliquo modo testari poterat; hinc grammatici viginti annorum tunc poetam fuisse collegerunt; annus enim vicesimus dimidiata est ἀκμή. Sic pervenerunt ad Sosigenem archontem, qui viginti ante Philoclem annis magistratum gerebat, eoque anno Menandrum natum statuerunt. Errore igitur computandi eoque haud ita gravi factum est ut LII annos Menandrum vixisse efficerent. Ceterum quod eodem Sosigenis anno etiam Epicurus natus dicebatur (μηνὸς Γαμηλιῶνος ἑβδόμῃ Diog. L. X 14), in quem Menander epigramma satis honorificum (A. P. VII 72) scripsisse traditur, hoc ad meam opinionem refutandam certe nihil valet. Sciebant veteres συνεφήβους fuisse poetam et philosophum (Strab. p. 638) et scire hoc poterant; eodem anno natos esse inde collegerunt.

1185 In monte Caelio statua terminalis nuper eruta (d. X Febr. 1553) Masivs. In monte Caelio Lig. Pigh. (Smet.) In monte Caelio in vinea Strozae Met. *Nella vigna di Ferrara* Stat. Vall. Apud Hippolytum card. Estensem Vrs. — Statii ed. lemma pertinet ad hermam insequentem.

ꟿ Ι Λ Τ Ι Α Δ Η C
QVIPERSAS·BELLO·VICIT·MARATHONISINARVIS
CIVIBVSINGRATIS·ET·PATRIA·INTERIIT
ΠΑΝΤΕϹ·ΜΙΛΤΙΑΔΗ·ΤΑΛΑΡΗΙΑ·ЄΡΓΑΙϹΑϹΙΝ
ΠЄΡϹΑΙ·ΚΑΙ·ΜΑΡΑΘΩΝ·ϹΗϹ·ΑΡЄΤΗϹ·ΤЄΜЄΝΟϹ

Ach. Statius Vallicell. B 102 f. 6 et ed. tab. 2; Ligorius Taur. 23 p. 56; Pighius Berol. f. 143 (a Pighio Smetius f. 65, 15; ex Smetio et Pighio Grut. 438, 6); A. Masius in epistula ad Octavium Pantagathum inter schedas Manutii Vat. 5237 f. 241; Metellus Vat. 6038 f. 95, 6040 f. 8; ab Statio Ursinus ed. p. 11; indidem Faber imag. (1606) p. 58; Franz 6088; Henzen CIL VI 1330*a*.

Statius ita edidit epigrammata tamquam in alio herma scripta (n. 1186); errorem hunc esse ex schedis ms. apparet. De genuitate carminum dubitabat olim Robertus Hermae vol. XVII 141, sed dudum dubitasse eum paenituit.

Μιλτιάδης.
Qui Persas bello vicit Marathonis in arvis
civibus ingratis et patria interiit.
Πάντες, Μιλτιάδη, τά[δ]' ἀρήια ἔργα ἴσασιν,
Πέρσαι καὶ Μαραθών, σῆς ἀρετῆς τέμενος.

Scripsi τάδε epigr. 1087; expressisse videtur poeta notissimum illud de Aeschylo epigramma ἀλκὴν δ' εὐδόκιμον Μαραθώνιον ἄλσος ἂν εἴποι καὶ βαθυχαιτήεις Μῆδος ἐπιστάμενος.

1186 Herma in aede S. Mariae de Empisone extra Tibur Ivc. Don. (Mar.) Extra Tibur in templo S. Mariae in via ad villam Hadriani Sied. In Pisoni Met. In hortis cardinalis de Medicis prope villam Iulii III Pont. Max. Stat. Apud Ferdinandum card. Mediceum Vrs. Sine loco Acc. (aliud in pavimento, lemmatis error). *On ne sait pas ce que le marbre original est devenu* Visc.

Μ Ι Λ Τ Ι Α Δ Η Σ
Κ Ι Μ Ω Ν Ο Σ
Α Θ Η Ν Α Ι Ο Σ

Iucundus Veron. f. 132', Magl. f. 107, Bonon. (versibus non divisis); ex Iucundo Donius Vat. 7113 f. 18'; ex Donio Marini Vat. 9133 f. 273; Sieder Mutin. f. 75; uno exemplo Accursius Ambros. O 125 folio non numerato et Metellus Vat. 6038 f. 93; Ligorius Taur. 23 p. 56; Pighius Berol. f. 124'; ed. Statius tab. 2 (hinc Boissard VI 43); Ursinus p. 12; ex Ursino repetiit Visconti *iconogr. gr.* tab. 13 coll. vol. I 130; Franz 6087.

2 ΚΙΗΩΝΟΟ Iuc. Don. Mar. ΚΙΚΙΩΝΟΣ Met. ΙΚΙμωνος Acc. Memorabilis denique Statii lectio ΜΙΛΤΙΑΔΙΗΜ | ΚΙΜΩΝΟΕΙ ΛΘΗΝΑΙΟΣΙ.

Μιλτιάδης Κίμωνος Ἀθηναῖος.

1187 Romae apud Hieronymum Garimbertum Vrs. ed. Apud Fulvium Ursinum Gall. Nunc in museo Neapolitano statua parva hominis sedentis.

Μ Ο Σ Χ Ι Ω Ν

Μοσχίων.

Descripsi. Edidit Ursinus p. 30; inde Gallaeus tab. 96; ex Gallaeo Bellori tab. 56; habet Ligorius Taur. 23 p. 96; Visconti *iconogr. gr.* tab. 7, 1 coll. vol. I 92; Franz 6090.

1188 Romae herma Homeri acephalus (una cum Menandri) repertus *a la villa di Aeliano fuora di porta S. Paolo circa sei miglia* Vrs. (eadem amplius exornata Lig.). Apud Alexandrum card. Farnesium Vrs. ed. Repertus in suburbio ad III fontes extra portam Trigeminam, nunc Sancti Pauli; translatus inde in eam molem, quae volgo Mausolaeum Augusti dicitur Stat. ed. *In casa di Ms. Paulo Antonio Soderino al mausoleo di Augusto* Stat. ms. In mausoleo Augusti Lips. Ad templum S. Rocchi Boiss. Postea quo devenerit nescitur.

Ο Μ Η Ρ Ο Σ
ΗΡΩΩΝΚΑΡΥΚΑΑΡΕΤΑΣΜΑΚΑΡΩΝΤΕΠΡΟΦΗΤΑΝ
ΕΛΛΑΝΩΝΔΟΞΗΣΔΕΥΤΕΡΟΝΑΕΛΙΟΝ
ΜΟΥΣΕΩΝΦΕΓΓΟΣΟΜΗΡΟΝΑΓΗΡΑΤΟΝΣΤΟΜΑΚΟΣΜΟΥ
ΠΑΝΤΟΣΟΡΑΣΤΟΥΤΟΝΔΑΙΔΑΛΟΝΑΡΧΕΤΥΠΟΝ
>—
ΟΥΧΕΘΟΣΕΣΤΙΝΕΜΟΙΦΡΑΞΕΙΝΓΕΝΟΣΟΥΔΟΝΟΜΑΥΤΟ
ΝΥΝΔΕΝΕΚΑΙΛΙΑΝΟΥΠΑΝΤΑΣΑΦΩΣΕΡΕΩΙ
ΠΑΤΡΙΣΜΟΙΧΘΩΝΠΑΣΑΤΟΔΟΥΝΟΜΑΦΑΣΙΝΟΜΗΡΟΝ
ΕΣΤΙΔΕΜΟΥΣΑΩΝΟΥΚΕΜΟΝΟΥΔΕΝΕΠΟΣ
>—
ΕΙΜΕΝΘΝΗΤΟΣΕΦΥΣΠΩΣΑΘΑΝΑΤΟΝΣΕΕΠΟΙΗΣΑΝ
ΜΟΥΣΑΙΚΑΙΜΟΙΡΩΝΝΗΜΑΑΝΕΚΛΩΣΑΝΑΝΑΞ
ΕΙΔΗΣΘΑΑΘΑΝΑΤΟΣΠΩΣΕΝΘΝΗΤΟΙΣΣΕΑΡΙΘΜΟΥΣΙΝ
ΟΥΜΑΣΕΤΑΥΤΕΧΡΗΝΣΕΜΝΕΠΟΙΗΤΑΦΡΟΝΕΙΝ
ΑΛΛΕΓΝΩΝΤΟΑΛΗΘΕΣΕΠΕΙΤΟΣΑΦΕΣΔΙΑΦΕΥΓΕΙ
ΑΝΘΡΩΠΟΝΦΑΣΙΝΘΕΙΕΣΕΟΜΗΡΕΠΕΛΕΙΝ

Fulvius Ursinus in epistula ad Ant. Augustinum data d. XVIII m. Martii a. 1567 cod. Matrit. bibl. nat. Q 87, idemque ed. imag. p. 21; Achilles Statius Vallicell. B 102 f. 7, idemque ed. tab. 16; Ligorius Taur. XXIII f. 30; Lipsius auct. p. 58; Boissard sched. Paris. f. 382, ed. VI 33 (fortasse ex Statio); inde simulque ex Lipsio Gruterus 419, 1; repetiit Franz 6092; ego tractavi epigr. 1084.

10 ΕΦΗΣ Lips. Grut. — 15 ΣΕ om. Stat. Boiss.

Ὅ μ η ρ ο ς.

Ἡρώων κάρυκα ἀρετᾶς μακάρων τε προφήταν,
Ἑλλάνων δόξης δεύτερον ἀέλιον,
Μουσᾶν φέγγος, Ὅμηρον, ἀγήρατον στόμα κόσμου
παντός, ὁρᾷς τοῦτον, δαίδαλον ἀρχέτυπον.

Οὐχ ἔθος ἐστὶν ἐμοὶ φράζειν γένος οὐδ' ὄνομ' αὐτό,
νῦν δ' ἕνεκ' Αἰλιανοῦ πάντα σαφῶς ἐρέω·
πατρίς μοι χθὼν πᾶσα, τὸ δ' οὔνομά φασιν Ὅμηρον·
ἐστὶ δὲ Μουσάων, οὐκ ἐμὸν οὐδὲν ἔπος.

Εἰ μὲν θνητὸς ἔφυς, πῶς ἀθάνατόν σε ἐποίησαν
Μοῦσαι καὶ Μοιρῶν νῆμα ἀνέκλωσαν, ἄναξ;
εἰ δ' ἦσθα ἀθάνατος, πῶς ἐν θνητοῖς σε ἀριθμοῦσιν;
οὐ μὰ σὲ ταῦτ' ἐχρῆν, σεμνὲ ποιητά, φρονεῖν·
ἀλλ' ἔγνων τὸ ἀληθές· ἐπεὶ τὸ σαφὲς διαφεύγει,
ἄνθρωπόν φασιν, θεῖε, σε, Ὅμηρε, πέλειν.

Aelianum sophistam credunt et hoc et Menandreum carmen fecisse (cf. n. 1183), quod verum esse demonstrari nequit. Ceterum vv. 1—4 ab Antipatro Sidonio (Anth. Pal. VII 6) paucis mutatis Aelianus mutuatus est.

1 μακάρων δὲ cod. Pal. — 2 Ἑλλάνων βιοτᾷ cod. Pal. — 3 Μουσῶν cod. Pal. male — 4 ἁλιρρόθια, ξεῖνε, κέκευθε κόνις Antipater; Aeliani verba paullo aliter nunc distinxi, itemque vv. 13 sq. ita interpunxi ut sententia evaderet tolerabilis: *cum utrum verum sit dignosci non possit, dicunt hominem quidem te esse, sed divinum* (nam θεῖε vocativus non aliter explicandus atque in versu Theocriteo ὄλβιε, γαμβρέ, γένοιο), et hoc ipsum acumen etiam eo significatum est quod adiurat Homeri caput (v. 13).

1189 Tibure repertus herma acephalus, deinde in museo Vaticano Visc.

ΠΕΙΣΙΣΤΡΑΤΟΣ

Visconti sched. Paris. cod. Lat. 9697 f. 107. 109. 109'; ed. idem *mus. P.-Cl.* I 14, *iconogr. gr.* I 126, *opere varie* II 442; Franz 6094.
Πεισίστρατος.

1190 Tibure in villa Cassii repertus herma a. 1780 Visc. nunc in Vaticano.

πο
ΠΕΡΙΑΝΔΡΟΣ
ΚΥΨΕΛΟΥ
ΚΟΡΙΝΘΙΟΣ

ΜΕΛΕΤΗΠΑΝ

Descripsi. Visconti sched. Paris. cod. Lat. 9697 f. 107. 109; ed. idem *mus. P.-Cl.* I 13. 14, VI tab. 22 et 25, *iconogr. gr.* tab. 9, 1. 2 coll. vol. I 105; repetiit Franz 6095.

Περίανδρος Κυψέλου Κορίνθιος. μελέτη πᾶν.

1191 Protome Tibure reperta, postea in museo Britannico.

ΠΕΡΙΚΛΗΣ

Stuart *antiquities of Athens* II c. 5 tab. 17, 5; *description of the collection of ancient marbles in the British Museum* II tab. 32; Franz 6096. Cf. Conze *arch. Zeitg.* 1868 tab. 2, 1.
Περικλῆς.

1192 Herma Tibure (in villa Cassii Visc.) inventus in museo Vaticano nuper dedicatus (1780) Morc. Ibidem nunc est.

ΠΕΡΙΚΛΗΣ
ΞΑΝΘΙΠΠΟΥ
ΑΘΗΝΑΙΟΣ

Descripsi. Morcelli de stilo inscr. Lat. p. 462; Visconti *mus. P.-Cl.* VI tab. 29, *iconogr. gr.* tab. 15, 1 coll. I 140; repetiit Franz 6097.

Περικλῆς Ξανθίππου Ἀθηναῖος.

1193 Statua sine capite; poeta citharam tractat. Apud Fulvium Ursinum Vrs.

in basi:

ΠΙΝΔΑΡΟΣ

Ursinus p. 31; inde Gallaeus tab. 110, Bellori tab. 60, Franz 6099.
Πίνδαρος.

1194 Basis hermae nunc hermae Pittaci (n. 1195) supposita; rep. in villa Cassia Tibure (anno, opinor, 1780), deinde in Vaticano Visc.

ΠΙΝΔΑΡΟΣ

Visconti sched. Paris. cod. Lat. 9697 f. 107. 109. 109'; ed. idem *mus. P.-Cl.* VI tab. 22 coll. p. 36, *opere varie* II 442; repetiit Franz 6100.
Πίνδαρος.

1195 Herma acephalus; Tibure in villa Cassii a. 1780 repertus; nunc in museo Vaticano.

Π Ι Τ Τ Α Κ Ο Σ
Ⴤ Ρ Ρ Ā
Μ Ⴤ Τ Ι Λ Η Ν Α Ι Ο Σ
Κ Α Ι Ρ Ο Ν · Γ Ν Ω Θ Ι

Descripsi. Visconti sched. Paris. cod. Lat. 9697 f. 107. 109'; ed. idem *mus. P.-Cl.* VI tab. 22; repetiit Franz 6101.
2 Υ Γ Ρ Α Visc. ms.
Πιττακὸς Ὕρρα Μυτιληναῖος· καιρὸν γνῶθι.

1196 Herma capite paullulum laeso, repertus a. 1846 prope Tibur inter rudera quibus nomen villa Cassii et Bruti, eodem fere loco ubi prodierunt hermae Thaletis, Cleobuli, Pittaci, Periandri Viol.

Π Λ Α Τ Ω Ν
Α Ρ Ι Σ Τ Ω Ν Ο Σ
Α Θ Η Ν Α Ι Ο Σ

infra:

Α Ι Τ Ι Α · Ε Λ Ο Μ Ε
Ν Ω · Θ Ε Ο Σ
Α Ν Α Ι Τ Ι Ο Σ ·

sub phallo:

· Ψ Υ Χ Η · Δ Ε · Π Α Σ Α
Α Θ Α Ν Α Τ Ο Σ

Descripsit Henzen et ed. mus. Rhen. V 467; Viola *Tivoli nel decennio dalla deviazione dell' Aniene* (1848) p. 201 ligno incisam; ex Secchii epistula ed. *Monatsber. d. Berl. Akad.* 1846 p. 273; cf. Gerhard *arch. Zeitg.* 1846 p. 342; repetiit Franz 6103.
Πλάτων Ἀρίστωνος Ἀθηναῖος.
αἰτία ἑλομένου· θεὸς ἀναίτιος (Platonis verba republ. X 617*e*, ubi *ἑλομένου*).
ψυχὴ δὲ πᾶσα ἀθάνατος (Plat. Phaedr. p. 245*c* omisso *δέ*).

1197 In museo Capitolino (*nel cortile*) protome.

Π Λ Α Τ Ω Ν

Descripsi.
Eiusdem tituli sub simili protome in eodem museo (*primo piano*) alterum exemplum.
Πλάτων.

1198 Olim apud Fulvium Ursinum protome Bell. In museo Florentino Visc., ibique etiam nunc extat.

Π Λ Α Τ Ω Ν

Bellori tab. 27; Visconti *mus. P.-Cl.* I tab. *a* n. 8; *iconogr. gr.* tab. 18, 3; repetiit Franz 6103*b*.
Basis titulo inscripta cum postea protomae addita sit, recte fortasse spurium titulum iudicaverunt, cf. Braun *annali dell' inst.* 1839 p. 207, Heydemann *Jen. Litteraturzeitg.* 1876 n. 419, Duetschke III 190 n. 393.

1199 Romae sine dubio repertus herma integer, qui ex aedibus Alexandri Castellanii dono Michaelis comitis Tyskiewicz in museum Berolinense pervenit.

Π Λ Α Τ ω Ν

Descripsi. Ed. *arch. Jahrb.* 1886 tab. 6, cf. *Catal. Aless. Castellani* (Romae 1884) p. 132. II vel III p. Chr. saeculi artem esse testatur Robertus.

1200 In statua parva, cuius exempla gypsea extant Romae.

Λ Α Τ Ω Ν

Monum. ined. dell' inst. arch. III tab. 7; Braun *annali* XI 207; Franz 6103*c*; Schuster *Porträts der griech. Philos.* tab. 2, 2. Cf. Welcker *annali* XVIII 142.
Π]λάτων.

1201 Romae apud D. Thomam Lescari (? Lenani ?) caput Platoni simile promissa barba et capillis late fluentibus undulatim explicatis Bianch. Postea in museo Bononiensi academico.

ΟΥΚΗΜΗΝΓΕΝΟΜΗΝ
ΗΜΗΝΟΥΚΕΙΜΙΤΟCΑΥΤΑ
ΕΙΔΕΤΙCΑΛΛΟΕΡΕΕΙΨΕΥCΕΤΑΙ
ΟΥΚΕCΟΜΑΙ

Χ Α Ι Ρ Ε Δ Ι Κ Α Ι Ο C Ω Ν

ΩΠΑΙΦΥΛΑCCΟΥΜΗCΦΑΛΗCΗΓΛΩCCΑΤΟΙ
ΑΥΤΗΜΕΝΟΥΔΕΝΗΝΙΚΑΝΛΕΓΗΠΟΝΕΙ
ΟΤΑΝΔΕΑΜΑΡΤΗΠΟΛΛΑΠΡΟCΒΑΛΛΕΙΚΑΚΑ

Bianchini cod. Veron. capit. 353 f. 63; Guarnieri sched. Bonon. f. 12' n. 14; Andrucci in Gorii symb. litt. IX 5; ex Gherardii apographo Muratori 1776, 5 ('fugientes litterae aegre excipi potuerunt'); denuo Marini I. A. p. 147; Schiassi *guida al museo di Bologna* (1814) p. 116; Thiersch *Reisen in Italien* I 367; Stephani ind. lect. Dorp. 1850 I 17 sqq.; Franz 6745.

1 Γ Ε Κ Ι Ο Μ Η Ν, 2 Η Μ Η Κ Ι, 3 Ψ Ε Υ Ο Ε Ι Δ Ι Bianch., cuius ceteroqui optimum est exemplum — 8 Ο Τ Α Ν Δ Ε / / Λ Α V Τ Η Thiersch, Ο Τ Α Ν Δ Ε / / Λ Α Π Τ Η idem in corrig. p. 470. Sprevi omnino Guarnerii errores immanes.

Οὐκ ἤμην, γενόμην· ἤμην, οὐκ εἰμί· τοσαῦτα·
εἰ δέ τις ἄλλο ἐρέει, ψεύσεται· οὐκ ἔσομαι.

χαῖρε δίκαιος ὤν.

Ὦ παῖ φυλάσσου μὴ σφαλῇς· ἡ γλῶσσά τοι
αὐτὴ μὲν οὐδέν, ἡνίκ' ἂν λέγῃ, πονεῖ,
ὅταν δὲ ἁμάρτῃ, πολλὰ προσβάλλει κακά.

Iniuria in suspicionem vocabat Maffei art. crit. lap. p. 112.

1202 Romae lapis repertus *nel fare i fondamenti della casa nuova che è dirimpetto il teatro Argentino* Am. Canin. Postea periisse videtur.

Π Ο Ι Ν Ο Σ Μ Α Κ Ε Δ Ω Ν
Π Ο Λ Υ Κ Λ Η Σ Ε Π Ο Ι Ε Ι

Amati Vat. 9767 f. 30. Edid. Canina *architett. rom.* III (1842) p. 310; repetiit Loewy n. 486. Cf. Kluegmann *arch. Zeitg.* 1877 p. 13. De Polycle v. Robert Hermae XIX 309.
Unum versum fecit Canina. — Nomen Ποῖνος vix integrum; velut *[Δί]ποινος Μακεδών. Πολυκλῆς ἐποίει.*
Vide consimiles titulos sex in villa Matthaeiana repertos supra n. 1149, 1—6.

1203 Statua in hortis Montaltinis, nunc emin. principis card. Pauli Sabelli BELL. In museo Vaticano VISC. EGO.

Π Ο Σ Ε Ι Δ Ι Π Π Ο Σ

Descripsi. Bellori imag. tab. 61 cf. adnot. p. 12; Visconti *mus. P.-Cl.* III tab. 16, *iconogr. gr.* tab. 6, 4. 5. 6 coll. vol. I 90; Franz 6104.

Ποσείδιππος.

1204 Protome marmorea, in tunicae ora titulus scriptus. In Esquiliis LIGOR., quod ad confirmandum transcribam quae Viscontius docte coniecit Ligorii nescius; notat enim protomen hanc et mensura et arte, denique eo quod eodem fere loco nomen incisum sit, simillimam esse Carneadis (supra n. 1171) et Lysiae (supra n. 1179) imaginibus; quae omnes tres cum olim fuissent inter marmora Farnesiana, videri omnes eodem loco ac tempore inventas esse. Deinde sic pergit: *cette fouille pourroit être celle que Flaminius Vacca a indiquée au n. 104 de ses Mémoires page XCVI (ed. Fea), et qui avoit été ouverte sur le mont Esquilin, près des thermes de Dioclétien.* — Apud cardinalem Farnesium GALL. in museo Neapolitano VISC. EGO.

Π Ο Σ Ι Δ Ω Ν Ι Ο Σ

Descripsi. Ligorius Taur. 23 f. 63; ed. Gallaeus tab. 117 (hinc Bellori tab. 29); denuo Visconti *iconogr. gr.* tab. 24, 1. 2 coll. vol. I 209.

Ποσιδώνιος.

1205 Incerti loci protome marmorea. Massiliae apud Fouquierum SPONIVS, nisi forte hic similiter erravit ac supra n. 1149; extat in museo Capitolino.

Π Υ Θ Ο Δ Ω Ρ Ι Σ

Descripsi. Edidit Spon misc. p. 137; Righetti *descr. del Campidoglio* I 127 cf. tab. 127.

Πυθοδωρίς.

De Pythodoride Ponti regina cf. Mommsen ephem. epigr. I 270.

1206 Marmorea quaedam velut basis POLIT. In domo Mellini SAB. MARC. (in d. Mellonis CHIS. in domo Leonardi Mattutii OTTOB. errore) IVC. (in domo D. Marii de Melinis VER.) In atrio Melleniae domus POLIT.

Σ Ε Λ Ε Υ Κ Ο Σ Β Α Σ Ι Λ Ε Υ Σ
Λ Υ Σ Ι Π Π Ο Σ Ε Π Ο Ι Ε Ι

Sabinus Ottob. f. 21', Chis. f. 62', Marc. f. 108; Iucundus Veron. f. 142, Magl. 28, 5 f. 44, 28, 34 (syll. II) f. 49 Bonon.; vidit etiam Politianus miscellan. centuria prima (ed. in adnotationibus doctorum virorum prel. Ascens. 1511 p. 410); ex Politiano Dati *vite de' pittori* (1667) p. 117. A Sabino vel Iucundo reliqui omnes pendere videntur, velut ex Iucundianis Donius Vat. 7113 f. 18', ed. II 104, 170 (hinc Murat. 270, 2), Metellus Vat. 6039 f. 324, Marini Vat. 9133 f. 273; ex Sabino per schedas Piccartianas Reinesius epist. ad Hoffm. et Rupertum p. 344, synt. III 66; ex editis Franz 6108 et Loewy 487.

Σέλευκος βασιλεύς. Λύσιππος ἐποίει.

1207 Extat Velitris in museo Borgiano VISC. Nunc Neapoli in museo herma duplex sine capitibus.

a Ϲ Ο Λ Ω Ν Є Ξ Η Κ Є Ϲ Τ Ι Δ Ο Υ
Α Θ Η Ν Α Ι Ο Ϲ Ϲ Ο Φ Ο Ϲ

b Є Υ Ρ Є Ι Π Ι Δ Η Ϲ | Μ Ν Η / / Ρ Χ Ι Δ Ο Υ
Ϲ Α Λ Α Μ Є Ι Ν Ι Ο Ϲ Τ Ρ Α Γ
Π Ο Ι Η Τ Η Ϲ

Descripsi quantum superest. Raponius de epigr. Gr. in Coelimont. Matth. hortis p. XXV; Visconti *mus. P.-Cl.* VI p. 79. 80 (ed. Mediol. p. 146) coll. *iconogr. gr.* I 108 adn.; inde Franz 6052; denuo Fiorelli catal. 8.

Tituli *b* pars dextra nunc fracto lapide periit; de fide lectionis dubitari nequit.

a Σόλων Ἐξηκεστίδου Ἀθηναῖος σοφός.
b Εὐριπίδης Μνη[σα]ρχίδου Σαλαμείνιος, τραγ[ικὸς] ποιητής.

Cf. Suidas s. v. Εὐριπίδης, Μνησάρχου ἢ Μνησαρχίδου.

1208 Tibure in villa Cassii a. 1780 herma repertus VISC. nunc in Vaticano.

Σ Ο Λ Ω Ν
Ε Ξ Η Κ Ε Σ Τ Ι Δ Ο Υ
Α Θ Η Ν Α Ι Ο Σ

Μ Η Δ Ε Ν · Α Γ Α Ν

Descripsi. Visconti sched. Paris. cod. Lat. 9697 f. 107. 109'; ed. idem *mus. P.-Cl.* VI tab. 22 coll. p. 35; repetiit Franz 6109.

Σόλων Ἐξηκεστίδου Ἀθηναῖος. μηδὲν ἄγαν.

1209 Florentiae in Officiis protome, cui caput impositum alienum (Sophoclis, cf. Braun *bull. archeol.* 1847 p. 21).

Ϲ Ο Λ Ω Ν
Ο Ν Ο Μ Ο Θ Є Τ Η Ϲ

Σόλων ὁ νομοθέτης.

Descripsi nec dubitabam de antiquitate tituli. Gori inscr. Etr. I 74, 207; Visconti *iconogr. gr.* tab. 9, 3 coll. vol. I 108; Franz 6110; Duetschke III 179.

In museo Matritensi Huebnerus (*ant. Bildw. v. Madrid* p. 109 n. 174) hermam vidit Herculis capite falso imposito sic inscriptum

Σ Ο Λ Ω Ν
Ο Ν Ο Μ Ο Θ Ε Τ Η Σ

quem titulum ille genuinum esse posse existimat; mihi si licet indicare non minus spurius videtur quam reliquorum hermarum Matritensium tituli fere omnes.

Ceterum comparandus Themistoclis hermae titulus (supra n. 1164) Θεμιστοκλῆς ὁ ναυμάχος.

1210 In clupeo exsculpta protome apud Fulvium Ursinum Vrs. Gall. *petit médaillon en marbre, que j'ai vu autrefois parmi les antiquités farnésiennes à Rome* Visc.

С О Ф О К Λ Η С

Ursinus imag. p. 25; imagine diversa Gallaeus tab. 136; ex Ursino Bellori tab. 64; accuratius Visconti *iconogr. gr.* tab. 4, 3 (cf. vol. I 81 sq.); repetiit Franz 6111.

Σοφοκλῆς.

1211 Romae in hortis Mendicantium ad aedem Pacis quae dicitur protome reperta a. 1778, deinceps in museo Vaticano Visc.

Φ Ο Κ Λ Η С

Σο]φοκλῆς.

Visconti sched. Paris. cod. Lat. 9697 f. 1; edidit idem *mus. P.-Cl.* VI tab. 27 et *iconogr. gr.* tab. 4, 1 coll. vol. I 81; inde Franz 6112.

Ο Κ Λ Ι Ι С Visc. sched.

1212 Statua exigua in museo Vaticano: Sophocles sedet volumen manu tenens. Caput fortasse alienum.

С О Ф О К Λ Η С

Welcker *alte Denkm.* I 460 et *ann. dell' inst.* 1846 p. 131. Cf. *Beschr. d. Stadt Rom* II 2 p. 259, 11.

Σοφοκλῆς.

1213 Hermae fragmentum Tibure repertum, deinde in bibliotheca monasterii S. Gregorii ad clivum Scauri. Nunc in museo Vaticano.

Γ Η Σ Ι Χ Ο Ρ
sic С Κ Λ Ε Ι Δ С
Μ Ε Ρ Α Ι Ο

Descripsi. Editum in museo Sanclem. numism. III tab. 40, 5 coll. p. 172; inde repetiit Welcker *kl. Schriften* I 151; ex Welckero Franz 6113*b*.

Σ]τησίχορ[ος Ε]ὐκλείδο[υ Ἱ]μεραῖο[ς.

Suid. s. v. *Στησίχορος Εὐφόρβου ἢ Εὐφήμου, ὡς δὲ ἄλλοι Εὐκλείδου κτλ'*, unde quamquam incertum patris nomen fuisse apparet, tamen probos auctores significari apud Suidam *alios* illos herma docet, qui quidem, ut bene monuit Wilamowitzius, Euclidae Himerensium conditoris nomen (Thucyd. VI 5) in poetae patrem transtulerunt.

1214 Olim Romae apud cardinalem Farnesium Gall., nunc Neapoli in museo herma.

sub capite

Σ Ω Κ Ρ Α Τ Η Σ

Ε Γ Ω Ο Υ Ν Υ Ν Π Ρ Ω
Τ Ο Ν Α Λ Λ Α Κ Α Ι Α Ε Ι Τ Ο Ι
Ο Υ Τ Ο Σ Ο Ι Ο Σ Τ Ω
Ε Μ Ω Ν Μ Η Δ Ε Ι
Λ Ω Ι Π Ε Ι Θ Ε Σ
Η Τ Ω Ι Λ Ο Γ Ω
Μ Ο Ι Λ

Vidi et exscripsi ex imagine photographica. Memoravit primus Faber ad Gallaeum p. 75 (suppletam); ed. Visconti *iconogr. gr.* vol. I 167; *mus. P.-Cl.* VI 42; repetiit Franz 6115.

Quae plura habent priores in lapide recens adiecta sunt. Locus est Platonis Criton. p. 46*b*, ubi legitur *ὡς ἐγὼ οὐ μόνον νῦν ἀλλὰ καὶ ἀεὶ τοιοῦτος οἷος τῶν ἐμῶν μηδενὶ ἄλλῳ πείθεσθαι ἢ τῷ λόγῳ ὃς ἄν μοι λογιζομένῳ βέλτιστος φαίνηται.*

1215 Romae in S. Augustini.

Ω Φ Ι Λ Ε Π Α Ν Τ Ε . Κ Α Ι Α Λ Λ Ο Ι
Ο Σ Ο Ι Τ Η Δ Ε Θ Ε Ι Λ Ο Ι Η Τ Ε
Μ Ο Ι Κ Α Λ Ω Γ Ε Ν Ε Σ Τ Α Ε
Τ Α Δ Ω Θ Ε Ν Τ Α Ι Ξ Ω Θ Ε Ν
Δ Ε Ο Σ Α Ε Χ Ω Τ Ο Ι Σ Ε Ν Τ Ο Σ
Ε Ι Ν Α Ε Μ Ο Ι Φ Ι Λ Α Π Λ Ο Υ Σ Ι Ο Ν
Δ Ε Ν Ο Μ Ι Ζ Ο Ι Μ Ο Ι Τ Ο Ν Σ Ο Φ Ο Ν Τ Ο Δ Ε
Χ Ρ Υ Σ Ο Ν Π Λ Η Θ Ο Σ Ε Ι Η Μ Ο Ι
Θ Ε Ο Ν Μ Η Τ Ε Φ Ε Ρ Ε Ι Ν
Μ Η Τ Ε Α Γ Ε Ι Ν
Δ Ι Ν Α Ε Τ Ο
Α Λ Λ Ο Σ
Η Ο
Σ Ω Φ Ρ Ω Ν

Ex Smetii schedis Pighianis Grut. 1137, 1; inde Franz 6192.

Verba sunt Socratis in Platonis Phaedro p. 279 *b c* sic tradita: *ὦ φίλε Πάν τε καὶ ἄλλοι ὅσοι τῇδε θεοί, δοίητέ μοι καλῷ γενέσθαι τἄνδοθεν· ἔξωθεν δ' ὅσα ἔχω, τοῖς ἐντὸς εἶναί μοι φίλια. πλούσιον δὲ νομίζοιμι τὸν σοφόν, τὸ δὲ χρυσοῦ πλῆθος εἴη μοι ὅσον μήτε φέρειν μήτε ἄγειν δύναιτ' ἄλλος ἢ ὁ σώφρων.*

Titulus non videtur esse ficticius et omnino hoc titulorum genus a Ligorii ingenio alienum. Describentis errori tribuenda v. 2 Θ Ε Λ Ο Ι Η Τ Ε, v. 3 Γ Ε Ν Ε Σ Τ Α Ε (i. e. Τ pro Θ scriptum), v. 4 Τ Α Δ Ω Θ Ε Ν et Τ Α Ι Ξ Ω Θ Ε Ν (pro Τ Α Ε Ξ Ω Θ Ε Ν), fortasse v. 6 Φ Ι Λ Α, v. 7 Ν Ο Μ Ι Ζ Ο Ι Μ Ο Ι, v. 8 Χ Ρ Υ Σ Ο Ν, v. 9 Θ Ε Ο Ν, v. 11 Δ Ι Ν Α Ε Τ Ο (pro Δ Υ Ν Α Ε Τ Ο); sed *τὰ ἔξωθεν* pro *ἔξωθεν* itemque scripturam *γενέσθαι, εἶναι, δύναιτο* nemo falsarius comminisci potuit. Videntur haec in Socratis herma scripta fuisse.

1216 Herma acephalus in museo Ienkins Visc. Nunc in museo Vaticano.

СѠКРАТНС

Descripsi. Visconti catal. mus. Ienkins p. 35, 17; inde Franz 6116.
Σωκράτης.

1217 Protome marmorea apud Fulvium Ursinum Urs.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ

Ursinus p. 51; inde Bellori tab. 34 et Franz 6114.
Σωκράτης.

1218 Romae repertus a. 1813 in *Villa Mattei* herma duplex, tum in aedibus Trocchi, nunc in museo Berolinensi.

SENECA

ab altero latere:

СѠ[.]..[.]АТНС

Seneca
Σωκ[ρ]άτης.

Descripsit E. Huebner *arch. Zeitung* 1880 p. 20. Edidit etiam Laurentius Re *Seneca e Socrate erme bicipite* (1816); Visconti *iconogr.* tab. 16, 5; ex suo et de Rossii apographo Henzen CIL VI 3838. Cf. *arch. Zeitg.* 1880 tab. 5.

1219 In Vaticano herma.

ΤΡΥ...

Visconti sched. Paris. cod. Lat. 9697 f. 107. 109. 109'.

1220 Prope Tibur ad viam Cassiam (una cum Apolline citharoedo et Musis plerisque Vaticanis) ab Dominico de Angelis a. 1774 repertum basis (hermae fortasse) fragmentum Bulo. Paullo posterius repertum perhibet Visc. Nunc in museo Vaticano.

ει ΦΘΙΔΙΑC

Descripsi. Bulgarini *notizie storiche intorno all' antichissima città di Tivoli* (1848) p. 109; Visconti *mus. P.-Cl.* VI tab. 22*a* coll. p. 36; hinc Franz 6119. Denuo Benndorf-Schoene *Lateran. Mus.* p. 84; hinc Loewy n. 548.
Φ[ε]ιδίας.

1221 *In la villa di Pisone a Tivoli.*

ΦΙΛΗΜΩΝ
ΔΑΜΩΝΟΣ
ΣΥΡΑΚΟΣΙΟΣ

Servavit auctor anonymus syllogae inscriptionum Tiburtinarum (saec. XVI) cod. Ottob. 2970 f. 21'.
Φιλήμων Δάμωνος Συρακόσιος.

1222 In Vaticano herma acephalus.

ΧΑΒΡ
ΚΤΗΣ
ΑΙΞΩΙ

Visconti sched. Paris. Lat. 9697 f. 107 et 109'; ed. idem *mus. P.-Cl.* I 14; *iconogr. gr.* I 150, *opere varie* II 441; inde Franz 6123.

3 ΑΙΣΩΠ.. Visc. ms. utroque loco.

Chabriae filius cum Ctesippum nomen haberet (cf. Westerm. ad Dem. Leptin. 1), non certum quidem, sed probabile est etiam avi nomen Ctesippum fuisse. Satis mirum quod v. 3 non Ἀθηναῖος sed Αἰξωνεύς vocatur. De tituli antiquitate non dubitandum.

Χαβρ[ίας] Κτησ[ίππου] Αἰξω[νεύς].

1223 Incerti loci, nunc Neapoli in museo. Videtur herma fuisse Tibure olim collocatus.

ΟΥ
ΑΣΙΟ
vacat

Descripsi. Fiorelli catal. 98.
Πρατίνας Ἀριστί]ου [Φλει]άσιο[ς] coniecit Wilamowitz.

1224 *Frammento d' Erma senza capo.* Videtur herma fuisse Tibure olim collocatus.

...ΩΝ
..ΩΝΙΟΥ
...ΑΙΟΣ

Visconti cod. Paris. Lat. 9697 f. 107 et 109.
Explere nescio.

VII. ARTIFICVM ET ARTIS OPERVM TITVLI.

1225 Priverni Volscorum (*Piperno*) in vinea Michaelis Sargente inter rudera aediculae reperta columella in arboris speciem fabricata.

Α Γ Α Θ Ι Ν Ο Σ
Μ Ε Ν Ι Γ Γ Ο Σ
Α Θ Η Ν Α Ι Ο Σ
Ε Π Ο Ι Η Σ Ε Ν

Civiltà cattolica 1881 d. 17 m. Sept. p. 730.

V. 2 in lapide fortasse nil superest nisi Μ Ε Ν Ι Π Π Ο //.

Ἀγαθῖνος Μενί[ππ]ο[υ] Ἀθηναῖος ἐποίησεν.

1226 Gladiatoris statua Antii reperta *in tempo di Paolo V* (1605—1621) Montel. Romae in villa Borghese Rein. Inde ab a. 1808 Parisiis in museo (*Louvre*).

Α Γ Α Σ Ι Α Σ
Δ Ω Σ Ι Θ Ε Ο Υ
Ε Φ Ε Σ Ι Ο Σ
Ε Π Ο Ι Ε Ι

Montelatici *villa Borghese* p. 216. 218; Reinesius ep. ad Rupert. et Hoffm. p. 214 et synt. 284, 63; Spon misc. p. 121; de Rossi *raccolta di statue* tab. 75; Visconti *sculture della villa Pinciana* II 60; Clarac *musée de sculpt. inscr.* tab. XVI, cf. II 2 n. 412; Franz 6132; Froehner *inscr. du Louvre* n. 124; ex ectypo Loewy 292.

Ἀγασίας Δωσιθέου Ἐφέσιος ἐποίει.

1227 Antii (*Nettuno*) a. 1717 reperta statuae basis (*di marmo bigio*) Winck. In villa Albani Mar.

Α Θ Α Ν Ο Δ Ω ◟ //) Σ Α Γ Η Σ Α . . .) Υ
Ρ Ο Δ Ι Ο Σ Ε Π Ο Ι Η Σ Ε

Winckelmann *trattato prelim.* p. LXXIX et hist. art. X 1 § 11 adn. (cf. epist. ad Baldanium opp. X p. 302); Marini *inscr. Alb.* p. 172 n. 156; inde Franz 6133. Denuo Stephani *bull. de St. Pétersb.* VI 1849 p. 21 (inde Hirschfeld tit. stat. 136*a*); Hirschfeld *Zeitschr. f. österreich. Gymn.* vol. 33 (1882) p. 172; ex ectypo Woltersii simul delineatione usus Kekulé *Deutung u. Zeitbest. des Laokoon* p. 16; hinc Loewy n. 203.

1 integrum habet Winck. (non Marini) — 2 Ε Π Ο Η Σ Ε expressim testatur Steph.

Ἀθανόδωρος Ἀγησά[νδρ]ου Ῥόδιος ἐποίησε.

1228 Italicae ut videtur originis vasis marmorei fragmentum. Nunc Parisiis in bibliotheca nationali.

Δ Ω Ρ Ο Σ Ρ Ο Δ Ι Ο
Ε Π Ο Ι Η Σ Ε

Caylus *recueil* I 3 p. 153 coll. tab. 56, 4; hinc R. Rochette *lettre à Mr. Schorn* (ed. 2) p. 160. 234 et Franz 6134; ex ectypo ab Herone de Villefosse confecto Kekulé *Deutung u. Zeitbest. des Laokoon* p. 19; inde Loewy n. 446; denuo Froehner Philol. vol. suppl. V p. 65 (litteris minusculis).

V. 1 Ρ Ο Δ Ι Ο Σ Caylus — 2 *ἐποίησεν* expressim testatur Froehner, Kekulei imaginem erroris arguens.

Ἀθανό]δωρος Ῥόδιο[ς] ἐποίησε.

Litterarum formas Ptolemaei Philadelphi aetatis esse putat Froehnerus, quod satis confidenter negare audeo.

1229 Romae trans Tiberim in vico q. d. *in Piscinula* in aedibus Natalis Ricci reperta basicula marmoris rubri (long. 0,14 m.); nunc Parisiis vidit Froehn.

) Σ · Α Γ Η Σ Α Ν Δ Ρ Ο Υ
Ε Π Ο Ι Η Σ Ε

Helbig *bull. dell' inst.* 1867 p. 143; ego ibid. 1873 p. 33; ex Helbigii ectypo Kekulé *Deutung u. Zeitbest. des Laokoon* p. 21; hinc Loewy n. 479.

1 init.) om. Kekulé.

Ἀθανόδωρ]ος Ἀγησάνδρου ἐποίησε.

Titulus imperatorum aetate antiquior non videtur esse. De antiquitate iniuria dubitat Froehnerus Philol. vol. suppl. V p. 65.

1230 Ostiae in theatro reperta basis exigua marmoris nigri.

) Δ Ω Ρ Ο Σ Α Γ Η Σ Α Ν Δ Ρ Ο Υ
) Δ Ι Ο Σ Ε Π Ο Ι Η Σ Ε

Fiorelli *notizie degli scavi* 1880 p. 478; denuo Kekulé *Deutung und Zeitbest. des Laokoon* p. 22 ex ectypo Lancianii; inde Loewy n. 480.

1 //// Ω Ρ Ο Σ et 2 // Δ Ι Ο Σ Kek.

Ἀθαν]όδωρος Ἀγησάνδρου Ῥόδιος ἐποίησε.

Iniuria suspecta videtur Froehnero Philol. vol. suppl. V p. 66.

1231 Romae ad viam q. d. *delle Sette Sale* repertum anaglyphi fragmentum; *si vede la testa, con parte delle spalle, di un personaggio greco barbato (forse Ercole) che, rivolto a dritta, appoggia il mento sulla mano sinistra, in atto pensieroso.*

//// Ν Α Ξ Ι Μ Α Ν Δ Ρ Ο Σ

C. L. Visconti *bull. comun.* 1886 p. 32 coll. tab. XI 10.

Artificis titulum esse quales permulti eodem loco reperti sunt (vide infra n. 1266. 67. 69—71. 73—76. 80—83) vix potest dubitari.

[Ἀ]ναξίμανδρος [... ἐποίει].

1232 Incerti loci. Videtur tabula (vel potius pars basis) ex Sicilia vel ex Graecia Romam delata esse. Nunc in museo Capitolino est inter lapides Sartianos. — Titulus valde detritus, litterae colore inducto obscurae.

Ε Υ Α Ν Τ Α Θ Ε Ω Ν Ο Σ
Τ Ι Μ Ε Α Ν Α Γ Ι Α
Τ Ο Ν Υ Ι Ο Ν Θ Ε Ο Ι Σ
ΑΝΔΡΕΑΣΚΑΙΑΡΙΣΤΟΜΑΧΟΣΚΑΥΝΙΟΙΕΠΟΗΣΑΝ

Εὐάντα Θέωνος Τιμέαν Ἀγία τὸν υἱὸν θεοῖς. Ἀνδρέας καὶ Ἀριστόμαχος Καύνιοι ἐπόησαν.

Descripsi saepius. Habeo Henzenii apographum et aliud inveni inter schedas Sartianas.

V. 2 Τ Ι Μ Ι Α Ν Sart. Henz.

Artificum nomina eadem coniuncta in titulo Olympiae reperto (Loewy 475), ubi tamen non Καύνιοι sed Ἀργεῖοι dicuntur, praeterea ἐπεόησαν scriptum est, non ἐπόησαν. Titulus ille fuit sub statua Q. Marcii Philippi (cos. a. 176 et 169 a. Chr. n.), sed cum litterae recentioris aetatis sine dubio sint (Ω et ω, ϲ), recte Dittenbergerus tituli antiquioris apographum posterius factum esse indicavit. Iam vero quamquam cur ex Cauniis Argivi facti sint explicare nequeo, dubitari mihi non posse videtur quin eidem artifices in eo quem edimus titulo agnoscendi sint, cuius scriptura ei aetati qua floruerunt Andreas et Aristomachus aptissima est; cf. Hermae XXII 155.

1233 Romae in villa Ludovisi Minervae statua ingens; in ipsa veste titulus insculptus.

//Τ Ι Ο Χ Ο Σ
//Ι Ν Λ Ι Ο Σ
·· Π Ο Ι Ε Ι

Descripsi. Ex Falconierii apographo Dati *vite de' pittori* (1667) p. 118; Winckelmann hist. art. XI 3 § 26; Maffei M. V. p. 318, 4; Bracci *mem. degli incisori* II 261; R. Rochetto *questions de l'hist. de l'art.* p. 70 ex suo apographo; Welcker *ann. dell' inst.* 1841 p. 54 sqq.; Letronne *revue arch.* III 1 (1846) p. 389; repetiit Franz 6135. Denuo Schreiber *Villa Ludovisi* p. 13. 135 sqq. et *Abhandl. der saechs. Ges.* VIII 556 sqq. coll. tab. II *B*; hinc Loewy n. 342.

1 Α Ν Τ Ι Ο Χ Ο Σ Maffei suppl. — 2 Α Θ Η Ν Α Ι Ο Σ Maff. suppl. Ι Λ Λ Ι Ο Σ Dati ·Ι Ν Α Ι Ο C Roch.; posui quod legimus Schreiber et ego — 3 Ε Π Ο Ι Ε Ι Maff. suppl.

Notavi describens vix duabus litteris supplendis a sinistra spatium sufficere; falso omnino Ἀθηναῖος v. 2 suppletur, rectius fortasse Λίνδιος.

1234 Romae in Columnensium domo in basi statuae MET. (item COD. NEAP.). In domo de Columna in statua mirandae pulchritudinis, cuius inter crura legitur WAELSC. In columna (h. e. male intellectum Columnensium nomen) in domo cuiusdam cardinalis in quodam marmore instructo in humanam formam; inter eius crura hoc reperitur epitaphium MARVC. Postea in aedibus Vaticanis, *in Belvedere* SMET. LIG., itemque RELIQVI. Ibidem nunc extat.

Α Π Ο Λ Λ Ω Ν Ι Ο Σ
Ν Ε Σ Τ Ο Ρ Ο Σ
Α Θ Η Ν Α Ι Ο Σ
ΕΠΟΙΕΙ

Descripsi. Metellus Vatic. 6039 f. 323; eodem exemplo cod. Neap. XIV D 8 f. 3; Anonymus cod. Marucell. A 79, 1 f. 6; Cittadini cod. Vat. 5253 f. 280'; Waelscapple cod. Berol. f. 75; Smetius ed. f. 24 ex suo et Morillonii apographo (ex Smetio Grut. 42, 11); Ligorius Neap. vol. VII p. 430; ex Ligorio pendent sched. Spanhem. Berol. f. 18*a* et Boissard I 12 (ex Boissardio Merula geogr. partic. II lib. 4 p. 1015; ex Merula Reinesius synt. II 64). Habent Dati *vite de' pittori* (1667) p. 117 ex Falconierii apographo; Spon misc. p. 122; Visconti *mus. P.-Cl.* II 10 (cf. *opere var.* IV 147. 332); repetiit Franz 6136; ex Purgoldii ectypo accuratius quam mihi licuit titulum repraesentavit Loewy 343.

Ἀπολλώνιος Νέστορος Ἀθηναῖος ἐποίει.

1235 Ariciae reperta (intra annos 1791—1796) Apollinis statua, postea in museo Despuig-Montenegro quod est in villa Raja apud Palmam Maiorcae insulae oppidum sita HVEBN. Titulus in trunco arboris insculptus; litterae diligenter exornatae.

Α Π Ο Λ Λ Ω Ν Ι Ο C
Ε Π Ο Ι Ε Ι

E. Huebner *bull. dell' inst.* 1861 p. 109 et *Bildwerke in Madrid* p. 298, 718; inde Kekulé *Gruppe des Menelaos* p. 28, 10 et Loewy n. 379.

1 extremam litteram C lunatum esse viderique ei additam interpungendi notam Huebnerus ait.

Ἀπολλώνιος ἐποίει.

Huebnerus et Kekulé eandem putant statuam cum insequenti, quod pro explorato haberi posset, nisi altera statua Ariciae, altera Tibure reperta esse perhiberetur.

1236 Tibure statua Apollinis *trovata recentemente nella villa Adriana ne' fondi del fu conte Fede* Visc. (a. 1790).

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣΕΠΟΙΕΙ

Visconti mus. *P.-Cl.* III p. 66 ad tab. 49.

Ἀπολλώνιος ἐποίει.

1237 Centauri duo e marmore nigrescente (*bigio*) facti Tibure inter Hadrianae villae rudera reperti m. Dec. a. 1736 Ficor. *Tivoli in una tenuta de' Bulgarini* Volpi. Postea apud Alexandrum Furietti qui repperit, quo defuncto emit eos Clemens XIII et in museo Capitolino collocari iussit Gvasco. Ibidem etiam nunc extant. Tituli in basibus per orbem dispositi, litterae pulcrae et apicibus ornatae. Altera basis multifariam fracta cum inventa esset postea restituta titulusque ad prioris similitudinem suppletus est.

a ΑΡΙϹΤΕΑϹ·ΚΑΙ ΠΑΠΙΑϹ ΑΦΡΟΔΕΙϹΕΙϹ

b ΑΡΙϹΤΕΑϹ·ΚΑΙ·ΠΑΠΙΑϹ . . . . . . ΙϹΕΙϹ

Descripsi. Unum titulum missum a Ios. Ramaginio edidit Muratori 1027, 2; item Ios. Rocco Volpi in *saggi di dissert. lette nell' accad. Etr. di Cortona* II (1738) p. 189; utrumque Ficoroni gemm. ant. litt. p. 128 coll. tab. 22. 23; Guasco mus. Capit. inscr. III 215, 1301; Winckelmann hist. art. XII 1 § 14 adn.; Foggini *mus. Capit.* IV tab. 32. 33 coll. p. 183; Righetti *Campidoglio* I p. 27. 34; repetiit Franz 6140; ex Purgoldii ectypo Loewy n. 369.

Tit. *b* litteras ΑΦΡΟΔΕΙ itemque partem litterae Ϲ in voc. Παπίας recens in basi suppletas esse vidit L. Schwabe observ. archaeol. II p. 16.

Ἀριστέας καὶ Παπίας Ἀφροδισιεῖς.

1238 Romae statua Herculis a. 1546 in Thermis Antonianis (sic Met. et Smet.) reperta Met. Smet. Translata est in domum Petri Ludovici Farnesii, Pauli III imper. Met. Neapolin transvecta Goethe itin. Ital. 16 Ian. 1787. Ibi extat in museo.

ΓΛΥΚΩΝ
ΑΘΗΝΑΙΟϹ
ΕΠΟΙΕΙ

Descripsi. Metellus Vat. 6039 f. 242 ('Abel Porcius exscr. 14 Mart.'); Smetius ed. f. 24 (inde Grut. 42, 9 et Boissard I 36); Dati *vite de' pitt.* (1667) p. 117 ex Falconierii apographo; de Rossi *raccolta di statue* tab. 49 cum Maffei nota (*sposizione* p. 48); Franz 6142; Loewy n. 345.

Γλύκων Ἀθηναῖος ἐποίει.

